V. Divisio non aliter regulariter facienda, quam si constiterit defunctum esse eum de cujus familiâ quisquis erciscundâ contenditur. 10. 2. 18.

VI. Hæredes agere possunt judicio communi dividundo, si tantum a quarumdam rerum communione resilire velint. 10. 2. 30.

VII. Divisio hæreditatis, si quas impensas requirat, illæ communiter de hæreditate faciendæ. 10. 2. 17.

VIII. Quid si fiunt ob singularem qualitatum unius hæredis veluti minorennis 10. 2. 17.

IX. Quibus modis fieri possit divisio quæ

muluo consensu inter cohæredes fit. 10. 2. 2.

X. Uno judicio de duabus hæreditatibus, veluti paternâ et maternâ dividendis agi potest, licet non omnes, sed quidam tantum ad utramque concurrant. 10. 2. 21.

Que doit comprendre l'action en partage.

I. Ante divisionem dedecenda prius omnia quæ hereditaria non sunt; quorum species variæ enumerantur. 10. 2. 6.

II. Non dividendum inter cohæredes quod pro cæde defuncti quidem ex his, tanquam sanguine vel affinitate juncti, ab homicidâ consecuti sint. 10. 2. 7.

III. Non etiam dividenda, quæ cui ex jure primogenituræ vel aliter cedere debent jure præcipui. 10. 2. 8.

IV. Nec dividenda uni hæredum prælegata, et si hæc per errorem divisa sint, restitutio datur, manente in cæteris divisione. 10. 2. 6.

V. An et quo modo veniant in hoc judicium res ab hostibus captæ, commodatæ, depositæ, litigiosæ. 10. 2. 24.

VI. An et quo modo veniant in hoc judicium thesaurus, res ex peculiâ hæreditariâ emptæ, lucra turpia, jura sepulcrorum, patronatûs, servitutum. 10. 2. 21.

VII. An conditionis implendæ causâ uni hæredi data, prædia feudalia, emphyteuticaria, adscriptitiorum, etc. 10. 2. 24.

VIII. Nomina et actiones activæ ipso jure inter cohæredes divisa sunt. Pro ratâ hæreditatis parte singulis debentur. 10. 2. 26.

IX. Si filius suâ industriâ admodum auxerit parentum patrimonium, an in divisione ei aliquid jure præcipui assignandum sit post obitum patris. 15. 1. 5.

X. Cessat hoc judicium si simel actum sit, ideo agere possunt hæredes judicio communi dividundo, si tantum a quarundam rerum communio resilire velint. 10. 2. 30.

XI. Cessat si unus ex re certâ, alter simpliciter, unus in castrensibus, alter in paganicis, unus in mobilibus, alter in immobilibus institutus sit. 10. 2. 31.

V. art. 815. 1002, *chap. II, sect. III, n.* 22.

A qui appartient l'action en partage.

815. — I. Inter nullos alios quam cohæredes, quive eorum loco habentur, hoc judicium locum habet. 10. 2. 9.

II. Quid agendum, si reus neget cohæredem esse. 10. 2. 0.

III. An actor provocans hoc judicio, fateri censeatur reum cohæredem esse. 10. 2. 10.

IV. Datur etiam inter hæredes testamentarios et ab intestato, inter fiduciarium et fideicommissarium. 10. 2. 11.

V. Datur inter filium impuberem, adrogatum respectu quartæ et cæteros hæredes. 10. 2. 11.

VI. Datur inter emptorem partis hæreditariæ et hæredes. 10. 2. 11.

VII. Nihil refert, quantum ad hoc judicium, utrum cohæredes possideant, nec ne. 10. 2. 12.

VIII. Datur etiam inter pauciores ex pluribus, qui tamen cæteris non præjudicant. 10. 2. 12.

IX. Quo modo consultum sit hæredibus dividere volentibus, si quidam diutius absentes nullum seu loco substituant ad divisionem peragendam. 10. 2. 12.

X. Si plures sint hæredes unius cohæredis, omnes simul ad divisionem provocare debent, aut unum simul procuratorem constituere, non quidam ex his. 10. 2. 13.

XI. Ad divisionem provocare vel provocari nequit hæres conditionalis, pendente conditione. Quid agendum eâ pendente, si quidam purè alii sub conditione instituti sint. 10. 2. 14.

XII. Si fiduciarius hæres, pendente conditione fideicommissi, diviserit hæreditatem cum cæteris cohæredibus, an fideicommissarius isti divisioni stare debeat. 10. 2. 38.

XIII. An testator ad tempus, non in perpetuum, divisionem prohibere possit. 10. 2. 32.

XIV. Non mutuâ cohæredum pactione id agi potest ut in æternum communio duret. 10. 2. 32.

XV. An peti possit divisio vestibuli communis invito uno. 8. 2. 10.

V. suprà, Pr. gén., sect. II.

816. — I. An cesset hoc judicium si cohæredes plures communiter et pro indiviso res hæreditarias possederint totis triginta annis. 10. 2. 33.

II. Quid juris si tanto tempore pro diviso et suo nomine possederint. 10. 2. 33.

817. — I. Provocare nequeunt pupilli, furiosi, mente capti, aliique similes, nec eorum tutores aut curatores; tamen possunt provocari 10. 2. 15.

II. Pupilli furiosi tutorum auctoritate quandoque provocant divisionem, si non expediat pupillis communio, vel inter plures pupillos hæreditas aut res communis sit. 10. 2. 15.

V. C. c., art. 465.

818. — I. Si maritus statuto prohibeatur alienare immobilia uxoris sine consensu ejus, etiam divisio prohibita videtur. 10. 2. 16.

II. Petitio hæreditatis competit marito cui uxor hæreditatem in dotem dedit. 5. 3. 3.

V. C. civ., art. 215. 1421.

De l'apposition des scellés sur les effets de la succession.

819. — I. An repertorii confectio sit necessaria ad id ut inter cohæredes communi consensu divisio fiat si cohæredes omnes majores sint. 10. 2. 3.

II. Quid si quidam sint minorennes. 10. 2. 3.

III. An et quando unus hæredum a reliquis cogi possit ad inventarii confectionem, et an in illud tunc referre debeat etiam ea quæ sibi a defuncto donata sit. 10. 2. 4

IV. Divisio mutuo cohæredum consensu facta eo modo instituitur qui utilior commodiorque dividentibus visus est. 10. 2. 2.

V. Cui pertineat solutio erogatorum ob confectionem inventarii. 10. 2. 17.

820. 821. 822. — *Vide art.* 1002, *chap. II, sect. III, n.* 30.

823. — 825.

Comment s'opère le partage.

826. — I. Judex non potest inter cohæredes dividere, sed uni hæredi adjudicare debet partem quam vel defunctus, vel cohæredes habent in re sibi cum alio communi. 10. 2. 23.

II. Idem juris est si defunctus fundi sui partem legaverit, vel habuerit socium rei, vel unus hæredum ante hoc judicium partem suam rei hæreditariæ vendiderit. 10. 2. 23.

827. — I. Res adjudicandæ singulis singulæ quantum fieri potest, si dividi commodè nequeant; vel ei qui licitando vicerit extraneo etiam ad licitandum admisso, maximè si unus hæredum pauper aut pupillus sit. 10. 2. 22.

II. Si res dividenda non recipit divisionem adjudicationi locus est. 10. 2. 22.

III. Quid si statuto cautum esset, sociom socio posse offerre electionem, an rem pretio a se æstimatam, an pretium habere malit. 10. 2. 22.

828. — 831. — I. In judicio familiæ erciscundæ veniunt præstationes personales, impensæ utiliter factæ et damna quoque. 10. 2. 25.

II. Circa præstationes personales debent condemnationes et absolutiones fieri in omnium personis, alias non valent. 10. 2. 25.

III. An et unus hæredum qui solus gessit res hæreditarias salarium petere possit. 10 2. 25.

IV. Veniunt etiam fructus rerum hæreditariarum et rerum accessiones. 5. 3. 1.—10. 2. 25.

V. An cum hâc actione concurrere possit actio negotiorum gestorum, ita, ut cohæres eligere possit, utrâ velit experiri. 10. 2. 41.

VI. Qualis culpa ab hærede præstanda in negotiis gerendis. 10. 2. 41.

832. — Res adjudicandæ singulis singulis quantum fieri potest, si dividi commodâ nequeant. 10. 2. 22.

833. — 837.

838. — I. Quomodo consultum sit hæredibus dividere volentibus si quidam diutius absentes nullum suo loco substituant ad divisionem peragendam. 10. 2. 12.

II. Quando divisio cum minoribus, furiosis fieri possit sine judicis decreto; quando necessarium sit judicis decretum ad peragendam divisionem. 10. 2. 15.

839. — Auctione publicâ res hæreditariæ communes venales proponuntur quoties hæredum aliquis inops aut pupillus est. 10 2. 22.

840. — Quid juris si papilli hæreditatem vel rem communem diviserint solâ tutorum auctoritate et judicis decreto. 10. 2. 15.

841. *V. art.* 1699. 1700.

—

CHAPITRE II. — *Des rapports.*

Principes généraux. Questions diverses.

I. Quid sit collatio. 37. 6. 1.

II. Quæ prima causa collationis a prætore inductæ, et quibus in casibus emancipati olim suis contulerint, aut non contulerint; et cur non, si ex testamento succederent. 37. 6. 1.

III. Cur emancipati non contulerint emancipatis. 37. 6. 1.

IV. Quo modo sui et suæ dotem et peculia emancipatis contulerint. 37. 6. 1.

V. Quibus modis quis adigatur ad collationem, et quid agendum si quis uni cohæredi aut omnibus conferre vel cavere nolit aut non possit. 37. 6. 16.

VI. Quid si postea collationem offerat. 37. 6. 16.

VII. An et pacto collationis necessitas tolli possit jure civili ac moribus. 37. 6. 28.

VIII. De conjungendis cum emancipato liberis ejus. De collatione tum facienda et de legatis tunc præstandis. Qui hic veniant appellatione liberorum; an hic titulus jure novo Justinianeo mutatus sit. 37. 8. n. 1. 2.

V. C. c., art. 843 *et seqq.*

Par qui et quand le rapport est dû.

843. — I. Jure novo emancipati conferunt emancipatis et suis, ac sui emancipatis, etiam cum ex testamento defertur successio. 37. 6. 2.

II. Non tamen conferunt descendentes testamento instituti, quoties iis ab intestato non fuisset delata successio ascendentis. 37. 6. 2.

III. Idem est de nepotibus vivo patre intermedio unà cum patre vel patruis institutis, vel naturalibus unà cum legitimis. 37. 6. 2.

IV. Nepotes ex jure repræsentationis avo succedentes, ea quæ ipsi ab avo acceperunt conferunt, non tantum in gratiam fratrum, sed et in gratiam patruorum quibuscum concurrunt; sive vivo, sive mortuo patre intermedio ab avo acceperint. 37. 6. 3.

V. Nepotes avo succedentes et patruis et patruorum aliorum prædefunctorum liberis, quibuscum succedunt conferre debent, quæ pater intermedius, si vixisset et successisset conferre debuisset; sive patri intermedio hæredes fuerint, sive non: nisi statutum ferat, ut nepotes avo non in stirpes sed in capita succedant. 37. 6. 4.

VI. An nepotes etiam conferre debeant quæ pater intermedius fuisset collaturus, si conferenda tantæ quantitatis sint, ut collatione factâ nepotibus conferentibus ne legitima quidem salva sit. 37. 6. 6.

VII. Quid juris circa collationem si extranei unà cum liberis instituti sint. 37. 6. 6.

VIII. An et ascendentes conferant, si succedant descendenti. 37. 6. 6.

IX. An et collaterales, si succedant collaterali. 37. 6. 6.

X. Quid si testator collationem tunc injunxerit, et quando videatur injunxisse. 37. 6. 6.

XI. Moribus liberi parentibus succedentes etiam in gratiam parentis superstitis aut vitrici vel novercæ conferre debent. 37. 6. 7.

XII. Cur tota dos et alia similia in gratiam proprii parentis in totum sint conferenda ex jure Scabinico. 37. 6. 7.

XIII. Contenditur ex jure Æsdomico, et passim in aliis locis, dotem ex communi parentum patrimonio datam, non nisi pro semisse, et tantum in gratiam fratrum non item parentis superstitis, conferendam esse, totum tamen debere conferri in gratiam vitrici aut novercæ. 37. 6. 7.

XIV. Non modo descendentes sed et collaterales conjugis præmorientis conferre debent in gratiam conjugis superstitis, veluti feudum novum stante matrimonio acquisitum. 37. 6. 8.

XV. An et quando collateralis in feudum novum succedens, pretium ejus solvere teneatur. 37. 6. 8.

XVI. Conjux præmoriens neque descendentibus neque collateralibus remittere potest necessitatem conferendi in præjudicium superstitis. 37. 6. 8.

XVII. An si liberi adeant cum inventario, conferre debeant in gratiam fratrum. 37. 6. 26.

XVIII. An et in gratiam creditorum parentis defuncti, ut collata iis cederent in æris alieni solutionem. 37. 6. 26.

XIX. Cessat collatio, si testator eam remiserit. 37. 6. 27.

XX. An remissio etiam ex indiciis colligi possit. 37. 6. 27.

XXI. Quæ sint indicia, ex quibus id colligatur. 37. 6. 27.

XXII. An in collationem conferenda sint prælegata. 37. 6. 12.

V. art. 851. 1003, *chap. III, sect. III, n.* 4 *et seqq.*

844. 845. 846. — *Vide suprà, Pr. gén.*

847. — *V. art.* 843, *n.* 19. 20. 21.

848. — Nepotes præmortuo parente succedentes avo, pati debent in legitimam sibi imputari ea quæ parens intermedius si superstes fuisset debuisset conferre, sive hæredes fuerint parenti intermedio, sive non, sive cum patruis suis concurrant, sive soli avo succedant. 5. 2. 6. — *V. C. c., art.* 843, *n.* 6. 4. 5. — *Art.* 851, *n.* 15.

849. — *V. C. c., art.* 847.

850. — Quo tempore facienda sit collatio. 37. 6. 6.

Quelles choses sont ou non sujettes au rapport.

851. — I. Conferenda profectitia; quæ sub iis contineantur. 37. 6. 11.

II. An dona susceptoris de fonte baptismatis. An quæ liberi suâ industriâ lucrati sunt dum simul cum patre vel seorsim habitabant 37. 6. 11.

III. Quid si suâ industriâ admodum auxerint patrimonium. 37. 6. 11.

IV. An et conferenda quæ quis dolo aut culpâ possidere desierit. 37. 6. 12.

V. An et quæ dolo non acquisivit, cùm posset. 37. 6. 12.

VI. An quæ demum quæsita post mortem parentis. 37. 6. 12.

VII. An ex statuto uni jure primogenituræ cedentia. 37. 6. 12.

VIII. An post mortem patris uni ex liberis donata ob patris benemerita. 37. 6. 12.

IX. An adventitia; an ususfructus adventitiorum quem pater filiofamilias remisit. 37. 6. 12.

X. An lucrum dotis ex pacto vel statuto quæsitum. 37. 6. 12.

XI. An conferenda sit donatio remuneratoria; an et quando donatio simplex; et quid moribus. 37. 6. 13.

XII. An et conferenda quæ liberis ad officinam instruendam, ad mercaturam et similia data sunt. 37. 6. 14.

XIII. An et quod pater pro filio solvit tanquam fidejussor ejus. 37. 6. 14.

XIV. An et generaliter quæ filius succedens patri vivo debuit. 37. 6. 14.

XV. An et nepotes avo succedentes, ea quæ pater intermedius prædefunctus suo patri debuit, si nepotes patri hæredes non fuerint. 37. 6. 14.

XVI. An et conferenda quæ filius patri debuit ex delicto. 37. 6. 15.

XVII. An et quæ pater pro filio delinquente solvit. 37. 6. 15.

XVIII. An et conferenda, quæ uni ex liberis data in eos usus in quos data non solent conferri, si is illa non in eos usus erogaverit sed inutiliter consumpserit; cui incumbat probatio inutilis consumptionis. 37. 6. 15.

XIX. An et quatenus conferenda, quæ erogata in acquisitionem præbendæ, canonicatûs, munerisve venalis, aut non venalis. 37. 6. 20.

XX. An et conferenda quæ pater erogavit ad filium liberandum qui ab hostibus aut barbaris captus erat. 37. 6. 20.

XXI. An et quando et quousque sumptus in peregrinationem conferri debeant in gratiam fratrum vel novercæ per distinctiones explicatur. 37. 6. 21.

XXII. Conferenda dos et propter nuptias donatio, filiæ suæ et emancipatæ data. 37. 7. 1.

XXIII. An dos ab avo nepti data conferri debeat, cum neptis patri intermedio succedit. 37. 7. 1.

XXIV. An dos a patruo data filiæ sui fratris, ubi illa filia suo patri, vel patruo danti succedit. 37. 7. 1.

XXV. Quid juris circa dotis collationem, si illa ob inopiam et culpam mariti salva esse

nequeat, tum jure civili, tum moribus. 37. 7. 2.

XXVI. An ipsa corpora dotalia, an æstimatio conferenda sit; et an etiam in parentis superstitis aut vitrici vel novercæ utilitatem. 37. 7. 2.

XXVII. An et conferendum quod altra donationem propter nuptias pater dedit, ut filias nuptias puellæ obtineret, a quâ alias repulsam passurus fuisset. 37. 7. 2.

XXVIII. An et conferenda alimenta et sumptus puerperii dum parens filiam cum marito et liberis aliquamdiu aluit. 37. 7. 4.

XXIX. An feodi novi empti aut alio titulo acquisiti pretium conferendum sit. Tractantur multæ quæstiones diversæ circa hæc. 37. 2. *n*. 16. 17. 18.

852. — I. An et quando et quousque sumptus in studia conferri debeant in gratiam fratrum vel vitrici aut novercæ, per distinctiones explicatur. 37. 6. 21.

II. An bibliotheca studiorum occasione comparata conferri debeat. 37. 6. 22. — *V. Pr. gén., sect. III, chap. VI, hoc tit., n.* 11.

III. Non conferendi sumptus in convivium nuptiale, ornamenta, vestes et alia erogati, nisi de contrariâ parentum voluntate apertè constet. 37. 7. 5.

IV. Undè erogatorum quantitas probari possit. 37. 7. 5.

V. C. c., art. 851, *n.* 22 *et seqq.*

853. — 855. — *V. suprà.*

856. — An et quando rerum conferendarum fructus aut usuræ conferri debeant. 37. 2. 24. — *V. C. c., art.* 851, *n.* 9; *et art.* 928.

A qui le rapport est dû.

857. — An debeatur collatio in gratiam creditorum parentis defuncti ut collata iis cederent in æris alieni solutionem. 37. 2. 26. — *V. suprà, Pr. gén., pag.* 47.

Comment se font les rapports.

858. 860. — I. Collatio fit vel conferendo rem, vel tanto minus percipiendo, vel cautionis præstatione si incerta adhuc sit collatio. 37. 2. 9.

II. Quid si res deteriorata sit. 37. 6. 2.

III. Cui competat electio, an res an vera æstimatio conferenda sit. 37. 2. 9.

IV. Cujus temporis æstimatio spectari debeat. 37. 6. 2.

V. Quid juris circa collationem et æstimationem in Hollandiâ. 37. 6. 9.

VI. Cujus temporis æstimatio in feudis novis conferendis inspicienda sit. 37. 6. 9.

861. 862. — I. An ex conferendis deduci debeant impensæ in res conferendas factæ. 37. 6. 24.

II. An adnotationi et assertioni parentis, standum in dubio si non satis constet de quantitate erogatorum et conferendorum. 37. 6. 21.

863. — Quid si res collationi subjectæ deteriorata sit culpâ vel dolo conferentis. 37. 6. 9.

864. — 867.

868. — *V. C. c., art.* 859.

CHAPITRE III. — *Du payement des dettes.*

Principes généraux. Questions diverses.

I. Hæres aditione subjicitur oneribus hæreditariis. 29. 2. 10.

II. An unius inopia cæteros gravat. 29. 2. 12. — *V. art.* 870, *n.* 23.

III. An si singulis hæredibus singula nomina in solidum adjudicata sint, id noceat aut prosit creditoribus. 29. 2. 12. — 10. 2. 26.

IV. An creditor qui unum ex pluribus in solidum convenit vi adjudicationis, adhuc contra reliquos agere possit in id quod a priore servare non potuit. 29. 2. 19. — 10. 2. 26.

V. Quid si testator voluerit vel inter cohæredes convenerit ut singuli certa debita in solidum solverint. 10. 2. 27. — 29. 2. 12. — 31. 1. 13. — *V. C. c., art.* 870, *n.* 2 *et* 21.

VI. Quid si defunctus contracta suu unum ex pluribus futuris hæredibus in solidum obligaverit. 12. 2. 27. — 29. 2. 10. — 3. 1. 13.

VII. Quid agere possint cohæredes reliqui si pro suâ parte hæreditariâ conveniantur a creditore respectu debiti cujus solutio nui erat imposita. 10. 2. 27. — 29. 2. 10.

VIII. De debitis individuis hæredes singuli in solidum conveniri possunt et solidum præstare debent, ubi de obligatione ad opus, ad patientiam servitutum prædialium itineris, actûs, etc., ad factum, ad abstinentiam a facto. 22. 2. 22.

IX. An ac quousque in hisce casibus, singuli ad id quod interest teneantur si obligatio impleta non sit. 29. 2. 28.

X. Recensentur casus quibus singuli hæredes pro parte quidem conveniuntur, sed solvi nisi totum non potest, ubi de obligatione defuncti ad rem in genere, vel ad duas res alternativâ debitas. 22. 2. 29.

XI. Quid de debitis defuncti hypothecariis. 29. 2. 20.

XII. Quid si defunctus promiserit, se rem certam creditori pignori obligaturum esse. Item de pretio adhuc debito pro re per defunctum emptâ, sed necdum ei traditâ. 29. 2. 29.

XIII. Quibus in casibus hæredes in solidum conveniri possint, sed liberantur partis solutione; ubi de præstatione evictionis rerum a defuncto venditarum. 29. 2. 30.

XIV. Si alimenta debeantur a pluribus hæredibus, nui eorum præstatio imponenda est a judice. 29. 2. 31.

XV. Ex quorumdam locorum legibus singuli hæredes de debitis etiam individuis in solidum conveniri possunt. 29. 2. 31.

XVI. Cujus loci statutum observandum sit, in quæstione an hæredes singuli in solidum, an pro parte teneantur. 22. 2. 31.

XVII. An et quando et quousque hæres teneatur præstare factum defuncti, cum defunctus quid jure aut minus rectâ aut omnino contra leges fecit. 29. 2. 32.

XVIII. An hæredes ex culpâ defuncti teneantur. 29. 2. 32. — 27. 7. 4.

XIX. An hæredes ex dolo defuncti teneantur. 27. 7. n. 3. 2. — 44. 7. 15.

XX. An hæredes ex delictis defuncti teneantur. 9. 2. 12. — 9. 3. 1. — 3. 2. 3. — 39. 4. 20.

V. C. c., art. 1384.

XXI. An filius studiis destinatus et jam initiatus, moriente patre ante ea absoluta, petere possit ex communi sibi sumptus subministrari ad ea perficienda, libros comparandos et honorem doctoratûs obtinendum; an non saltem tunc cum fratres post obitum parentis in communione perdurant. 37. 6. 23.

XXII. Si quis omissâ causâ testamenti, ab intestato vel alio modo possideat hæreditatem, an teneatur ad legata; quid sit hujus tituli usus moribus hodiernis. 29. 4. n. 1. 2. 3.

XXIII. Qui debeant defuncti funus curare; quid juris si non curent illi quibus id testator mandaverit. 11. 7. 7.

V. C. c., art. 419. — *Art.* 1002, *chap. II, sect. I, n.* 1 *et seqq., et sect. II, n.* 36 *et* 37. — *De la Propriété, Pr. gén.* — *De la Revendication, sect. II, § I, n.* 14 *et* 15, *pag.* 25.

SECTION PREMIÈRE. — Dans quelle proportion les héritiers contribuent-ils aux dettes et charges.

870. 871. — I. Nomina et actiones passivæ ipso jure inter cohæredes divisa sunt, ita ut pro ratâ hæreditatis partes singuli debeant. 10. 2. 26.

II. Pro quâ parte quisque ferat onus æris alieni, si vel ex testamento vel ab intestato, vel partim ex testamento partim ab intestato, alter mobilium alter immobilium, hæres sit. 10. 2. 22. — 22. 2. 24.

III. Pro quâ parte feratur æs alienum si testator alium paternorum, alium maternorum bonorum hæredem scripserit, vel pro statutorum diversitate unus in quædam tantum bona successerit; idque tum ratione creditorum tum ratione cohæredum inter se. 10. 2. 28. — 29. 2. n. 25 et 26.

IV. Pro quâ parte quisque ferat æs alienum, si testator portiones hæreditarias expresserit et quibusdam prælegata dederit. 29. 2. 20.

V. Pro quâ parte si testator divisionem rerum non respondentem partibus expressis fecerit, vel sine præcedente partium expressione singulos ex rebus certis diversi valoris aut ex rei unius partibus inæqualibus hæredes scripserit sine cohæredâ. 29. 2. 20.

VI. Quid si testator res omnes inter eos inæqualiter diviserit, vel alium rerum italicarum, alium provincialium, alium prædiorum urbanorum, alium rusticorum, alium cæterarum rerum hæredem instituerit. 29. 2. 20.

VII. Si res uni ex institutione obvenientes non sufficiant oneri æris alieni pro parte ejus, nec is aliunde quid habeat, an id cæteri ex suis partibus solvere debeant. 29. 2. 26.

VIII. Quid si testator distributionem rerum fecerit, sed vetuerit ne quis prælegata capiat, nisi soluto prius omni ære alieno. 29. 2. 22.

IX. An ex jure primogenituræ amplius capiens quam reliqui cohæredes, etiam majorem ob id æris alieni partem ferat. 29. 2. 21.

X. Quid si feudum primogenito cedens pro debito oppignoratum sit. 29. 2. 21.

XI. Quid si onus certi æris alieni propter ipsum feudum contracti sit feudo impositum. 29. 2. 21.

XII. Si pater feudum emerit, sed pretium necdum solverit, vel mutuum ad solvendum pretium accipiens, pro eo feudum obligaverit, an primogenitus solus id onus agnoscere debeat. 29. 2. 21.

XIII. Si collateralis in feudum tale non usu succedat, an ipse onus pretii necdum soluti ferre teneatur. 29. 2. 21.

XIV. An ferat onus æris alieni qui ex re certâ institutus est, alio dato cohærede sine re; et quid si institutus sit ex certâ parte acquæstuum. 29. 2. 22.

XV. Quid juris circa onus æris alieni si alius castrensium, alius paganicarum rerum hæres scriptus sit; et quid si res castrenses non sufficiant debitis castrensibus. 29. 2. 23.

XVI. Quid obtineat circa æs alienum si juxta mores hodiernos alius ex testamento alius ab intestato hæres sit, vel quidam in omnium locorum rebus, alii tantum in certorum locorum bonis defuncto succedant propter statuta successionem ab intestato diversimode in singulis locis definientia. 29. 2. 26.

XVII. Si inter legitimum et testamentarium hæredem transactio de hæreditate facta sit, pro quâ parte quisque æs alienum agnoscat. 29. 2. 27.

XVIII. Quousque ad æs alienum teneatur qui in solâ legitimâ institutus est. 29. 2. 27.

XIX. An liberi quibus pater assignavit bona materna et in se recepit onus omne æris alieni, adhuc a creditoribus conveniri possint. 29. 2. 27.

V. Pr. gén., h. ch. III. — *Art.* 1220. 1221.

SECTION II. — De l'acquittement des legs.

I. Pro quâ parte hæres singulus ad legata teneatur. Pro eâ quâ hæres est. 29. 2. 27. — 32. 1. 42.

II. Si in solidum conventus ac condemnatus sit, quibusdam in casibus regressum pro ratâ contra cæteros habet: nisi unum in solidum testator gravet, vel singulos pro virili, non pro hæreditariâ portione. 30. 1. 46. — 29. 2. 16.

III. Quando id censeatur voluisse. 30. 1. 46.

IV. An unius hæredis inopia cæteros gravet ratione legati. 30. 1. 46. — 26. 2. 19.

V. An portio deficientis accrescat aliis reliquis hæredibus cum onere legati. 30. 1. 46.

VI. Si hæres unus, tanquam ex asse hæres, gravetur legato, et post ei alios addatur, vel moriens unum gravet, sciens duos sibi ab intestato successuros, an gravatus solus totum præstet. 30. 1. 47.

VII. Quid si gravetur ex asse institutus, qui ex statuto sola mobilia capere potest. 30. 1. 47.

VIII. Quid si putans unum tantum successurum eum gravet legato; et præter illum alius quoque succedat, an prior totum præstet. 32. 1. 47.

V. C. c., art. 1009. 1012. 1017. 1024.

De l'action hypothécaire.

873. 874. 875. — I. De debitis defuncti hypothecariis, et quid si defunctus promiserit se rem certam creditori pignori obligaturum esse. 29. 2. 22.

II. Cum res plures pro uno debito obligatæ sunt, vel res una, sed postea inter plures hæredes divisa vel uni adjudicata, creditor res singulas et singulas partes a quocumque possessas, pro solido debito potest exsequi, nec cogi potest ut dividat actionem. 20. 4. 4.

III. Si unus ex pluribus hæredibus solidum solverit debitum hypothecarium, quibus actionibus ei contra hæredes consultum sit. 20. 4. 5.

IV. An cum actione familiæ erciscundæ concurrere possit actio negotiorum gestorum. 10. 2. 11.

V. An et tertiis tam justis tum non justis pignorum possessoribus actiones cedi debeant per creditores adversus cæteros possessores rerum aut partium pro eodem debito obligatarum, si hypothecariâ conventi solidum debitum solvere parati sint. 20. 4. 5.

V. C. c., art. 1009. 1012. 1017.

876. — Si unus hæredum non sit solvendo, an id cæteros gravet. 10. 2. 26. — 29. 2. 19.

De la séparation des patrimoines.

SECTION PREMIÈRE. — En général.

878. — I. Quid sit separatio patrimoniorum, et de separatione bonorum defuncti a bonis hæredis oberati, petendâ per creditores et legatarios. 42. 6. n. 1 et 2.

II. An eam petere possint etiam quibus sub conditione debetur. 42. 6. 2.

III. An et ei locus si quis ex substitutione hæres sit. 42. 6. 2.

IV. An et hypothecariis creditoribus utilis esse possit. 42. 6. 2.

V. An et quando creditores hæredis ad separationem petendam admittendi sint. 42. 6. 2.

VI. Certæ sunt aliæ bonorum separationes enumeratæ ubi de separatione bonorum patroni a bonis servi, hæredis necessarii, peculii filiifamilias a bonis patris per fiscum ut creditorem occupatis. 42. 6. 1.

VII. De separatione hæredis patris ab hæreditate filii impuberis in gratiam substituti pupillaris; castrensis peculii a paganico. 42. 2. 1.

VIII. De separatione bonorum fidejussoris a bonis debitoris oberati qui fidejussori hæres extitit. 42. 6. 1.

SECTION II. — Des effets qu'elle produit.

I. Quis sit effectus separationis obtentæ. 42. 6. 3.

II. An prosit illis qui eam non petiverunt. 42. 6. 3.

III. Si bona defuncti separata non sufficiant creditoribus defuncti, an tunc adhuc hæredem convenire possint, et quid juris tunc sit. 42. 6. 3.

IV. An quod superest ex separato patrimonio defuncti cedat dein creditoribus hæredis. 42. 6. 3.

V. C. c., art. 2111.

Quand elle cesse.

879. — I. Cessat separationis hujus facultas si creditores hæreditarii fidem hæredis secuti sint novando, fidejussores et pignora accipiendo. 42. 6. 4.

II. Cessat si cum hærede ex liberâ eligendi mente aliquid gesserint. 42. 6. 4.

III. Quid si hæredem ex liberâ eligendi mente aliquid gesserint. 42. 6. 4.

IV. Cessat si hæreditatem sine fraude jam vendiderit hæres. 42. 6. 4.

V. Cessat si hæreditariæ jam sint permistæ bonis hæredis ut separari amplius non possint. 62. 6. 4.

VI. Quid si hæreditarius hæres antea vendiderit. 42. 6. 4.

VII. Quid de pretio hæreditatis vel rerum hæreditariarum venditarum adhuc debito, vel jam soluto. 42. 2. 4.

VIII. Quid si res defuncti sint per hæredem pignori datæ. 42. 6. 4.

V. C. c., art. 1271.

880. — Hæc facultas cessat quinquennio ab aditâ hæreditate. 42. 2. 4.

881. — An et quando creditores hæredis ad separationem petendam admittendi sint. 42. 2. 2.

Des droits des créanciers des copartageants.

882. — I. An creditoribus detur actio familiæ erciscundæ vel communi dividundo. 10. 2. 0. — 16. 3. 1.

II. Possunt creditores intercedere per judicem in divisione ne fiat, donec ipsis solutum aut satisdatum sit, et quæ sit utilitas hujus intercessionis. 16. 2. 32.

SECTION IV. — Des effets du partage et de la garantie des lots.

883.

De la garantie d'éviction entre cohéritiers.

884. — I. Evictio præstanda in judiciis divisoriis familiæ erciscundæ. 21. 2. 8.

II. An eodem modo locum habeat, sive ju-

dicis auctoritate, sire cohæredum consensu divisio facta sit. 21. 2. 6.

III. An in divisione per ipsum testatorem factâ, cohæredes sibi invicem præstent evictionem divisorum, si forte res aliena uni per testatorem assignata sit. 10. 2. 1.

885. 886.

SECTION V. — DE LA RESCISION EN MATIÈRE DE PARTAGE.

Principes généraux. Questions diverses.

I. An rescindi possit divisio quæ inter rerum et falsum hæredem per errorem facta est, sive privatim, sive per judicem. 10. 2. 34.

II. Quid si verus hæres diviserit cum falso hærede cûm non planè erraret, sed dubitaret an is esset hæres nec ne. 10. 2. 31.

III. Communi consensu a divisione factâ recedi potest. 10. 2. 32.

IV. An tacitè recessum videatur si post solemnem divisionem hæredes perseveraverint in communi ac indivisâ rerum possessione per tempus ad præscriptionem requisitum. 10. 2. 39.

887. — I. Divisio inæqualiter dolo facta rescinditur. 10. 2. 35.

II. Facta inter cohæredes divisio rescinditur si læsio in divisione contigerit. 10. 2, n. 34 et 35.

III. Ob qualem læsionem rescindi possit. 10. 2, n. 34 et 35.

IV. An divisio rescinditur etiam cûm judicis auctoritate facta est. 10. 2. 35.

V. An divisio facta ab ipso testatore rescindi queat ob læsionem, et quo casu. 10. 2. 1.

VI. An sit in arbitrio ejus qui plus justo ex divisione accepit, utrum id quod deest cohæredi supplere velit, an de novo divisionem pati. 10. 2. 36.

VII. An rescisio facienda sit tantum respectu ejus qui læsus est, non aliorum intuitu qui læsi non sunt. 10. 2. 36.

VIII. Rescisio non impeditur ob distractionem rei hæreditariæ uni ex cohæredibus adjudicatæ et ab illo jam factam. 10. 2. 36.

IX. Cui incombit probatio læsionis. 10. 2. 36.

X. Quamdiu duret licentia petendi rescisionem divisionis ob enormem læsionem. 10. 2. 37.

888. 889.

890. — In læsionis quæstione, inspiciendum tempus illud quo divisio facta fuit. 10. 2. 36.

891. 892.

TITRE II. — *Des donations entre-vifs et des testaments.*

CHAPITRE PREMIER.

DISPOSITIONS GÉNÉRALES.

Principes généraux. Questions diverses.

I. Quid sit donatio; in quo donum distet a munere. 39. 5. 1.

II. An donatio sit contractus; an sit modus, an causa acquirendi dominii, an vero simul modus et causa. 39. 5. 2.

III. Quid sit donatio propria, quid impropria. 39. 5. 3.

IV. An remuneratoria pertineat ad donationem propriam. 39. 5. 3.

V. Duo sunt donationum genera, altera mortis causâ, altera non mortis causâ vel inter vivos. 39. 5. 4.

VI. An in dubio donatio præsumatur ? Recensentur casus quibus præsumitur. 39. 5, n. 5 et 10.

VII. Quales liberalitates complectatur donatio simpliciter proposita. 38. 6. 1.

VIII. An testamentorum usus laudabilis sit, an magis sola successio ex lege probari debeat. 28. 1. 2.

IX. Quousque multis in locis testamenta relita vel permissa fuerint. 28. 1. 2

X. Quo modo in variis Gelriæ partibus paulatim testamenta recepta sint. 28. 1. 2.

XI. In locis ubi testamenta relita, tamen donationes permissas esse. 28. 1. 8.

XII. Hæreditas testamento delata potior est. 28. 1. 1.

XIII. Quale statutorum genus testamentarias dispositiones regat. 1. 4, p. 2. 3.

XIV. Testamentum rectè conditum imperiali rescripto non infirmandum. 28. 1. 8.

XV. An evictio præstanda sit in donatione. 21. 2. 18.

XVI. An jurisjurandi delatio locum habere possit ad confirmandum actum, cûm legato vel mortis causâ donationi solemnitas quædam deest. 38. 1. 8.

V. art. 711 ; *et infrà, art.* 893 *et seqq.*

Des divers modes de disposer gratuitement.

893. — I. Hæreditas et legata testamento deferuntur. 28. 1. — 30. 1.

II. Per codicillos etiam ultima voluntas testatur ad imitationem testamenti. 29. 7.

III. Per donationes liberalitates accedunt. 39. 5.

IV. Variæ sunt species donationis. 39. 5. 1 et seqq.

V. Mortis causâ capio vicina est mortis causâ donationis, et ad donationum materiam referri potest. 39. 6. 8 et seqq.

VI. De his disponendi modis variis suo cuique loco tractatur. — *V. hoc titulo.*

De la donation à cause de mort.

I. Quid sit donatio mortis causâ; unde colligatur an inter vivos, an magis mortis causâ donatio sit. 39. 6. 1.

II. An si quis permittat alteri rem donare, is eam possit donare mortis causâ. 39. 6. 1.

III. An et quo modo valeat donatio mortis causâ ita facta, *ut nullo casu revocetur*. 39. 6. 1.

IV. In dubio magis præsumitur facta donatio inter vivos, quam mortis causâ; an et tunc, cum in periculo constitutus donat. 39. 6. 2.

V. An et tunc cûm in testamento donat e; donatio per donatarium præsentem acceptatur. 39. 6. 2.

VI. De tribus speciebus donationis mortis causâ, et in quibus effectu differant inter se 39. 6. 3.

VII. An evanescat donatio si donator propter certum præsens aut imminens periculum donaverit, et ex illo periculo evaserit ; et an tunc hæres ejus possit donata revocare. 39. 6. 3.

VIII. De exæquatione legatorum et mortis causâ donationum, in quartâ falcidiâ, jure accrescendi, invaliditate ob fraudatos creditores vel mortem donatarii ante donantem. 39. 6. 4.

IX. De exæquatione legatorum et mortis causâ donationum in rebus, personis, modo, non necessariâ insinuatione et ex moribus necessariâ adhibitione tabellionis et duorum testium. 39. 6. 4.

X. An uxor sine mariti consensu possit mortis causâ donare. 39. 6. 5.

XI. An minor eâ ætate quâ et testamentum condere mortis causâ donare potest. 39. 6. 5.

XII. Inter quos liberalitas testamento exerceri potest, vel non potest, inter eos et donatio mortis causâ licita aut illicita est. 39. 6. 5.

XIII. In quo differat legatum a mortis causâ donatione ; ubi de filiofamilias mortis causâ donante. Quo tempore donatarius capax esse debeat. 39. 6. 6.

XIV. An una sit donatio annuæ præstationis, an multiplex sicut in legatis. 39. 6. 6.

XV. An dominium ex donatione mortis causâ transeat et an acceptatio requiratur. 39. 6. 6.

XVI. An interdicto quod legatorum teneatur donatarius mortis causâ. 39. 6. 6.

XVII. Quibus modis evanescat hæc donatio; an morte donatarii antè donantem, si donans donaverit *Titio et ejus hæredibus*, vel *Titio pro se et hæredibus*. 39. 6. 7.

XVIII. Quid si donans et donatarius vel duo qui sibi invicem mortis causâ donaverant uno casu simul pereant. 39. 6. 7.

XIX. Si diversis temporibus sint factæ mortis causâ donationes et creditores donantis non possint suum consequi, an omnes pro ratâ, an solæ postremæ infirmentur. 39. 6. 7.

XX. An evanescat si donator rem donatam postea alienaverit. 39. 6. 8.

XXI. An evanescat si hæreditas ejus adita non sit. 39. 6. 9.

XXII. An fideicommisso gravari possunt mortis causâ donatarii. 39. 6. 11.

V. art. 894, *n.* 2 *et* 3.

De la prise de possession à cause de mort.

I. Quid sit mortis causâ capio, et in quo distet a mortis causâ donatione. 39. 6. 8.

II. Multis modis causâ mortis capi monstratur. 39. 6. 8.

III. Qui possint mortis causâ capere. 39. 6. 10.

IV. An mortis causâ capio subsistat in fraudam falcidiæ. 39. 6. 18.

V. An implenda mortis causâ capio, si is cui præstandum, capax non sit. 39. 6. 1.

VI. Cui legatur totum, si *decem Caio dederit*, an tota decem dare debeat, si tantum pro parte rem ex causâ legati capere possit. 39. 6. 12.

VII. An fideicommisso gravari possint mortis causâ capientes. 39. 2. 11.

VIII. An regula quod nemo a se ipso capere possit etiam in mortis causâ capionibus locum habeat. 30. 1. 2.

Des codicilles.

I Quid sint codicilli; relinquuntur vel ex testamento vel ab intestato; scripta aut sine scripturâ. 29. 7. 1.

II. Quâ solemnitate condantur; an et mulier in iis possit esse testis. 29. 7. 1.

III. Qui condere possint codicillos; an pater pro suo filiofamilias impubere; an illi qui non habent jus testamenti faciendi. 29. 7. 2.

IV. Quid de servis, filiisfamilias et deportatis. 29. 7. 2.

V. An statuto prohibitus testari, possit nihilominus codicillos facere. 29. 7. 2.

VI. Pluribus codicillis relictis quis ducedere potest; quid si illi inter se pugnent. Non facilè admittenda pugna inter codicillos si aliter interpretatione explicari possint. 29. 7. 3.

VII. Quid codicillis fieri possit; an directa institutio vel substitutio; an hæreditas adimi; conditio institutioni apponi, nomina hæredum vel portiones hæreditariæ exprimi, conditio impleri. 29. 7. 3.

VIII. An dubia testamenti verba explicari; an hæres testamento institutus declarari indignus; an pœna privationis apponi in codicillis. 29 7. 3.

IX. Quando in codicillis scripta perinde habeantur ac si in testamento unde dependent scripta essent; quando non, exemplis variis illustratur. 29. 7. 4.

X. Moribus nostris confusa testamentorum et codicillorum jura, ratione solemnium, ut eorum quæ in codicillis olim fieri non poterant; cujus juris multi effectus sunt. 29. 7. 5.

XI. An testamenta imperfecta sustineantur jure codicilli. 29. 7. 6.

XII. Quid si clausula codicillaris sit apposita; quibus illa verbis concipi possit; concipi potest vel ut ad omnia, vel ut ad quædam tantum disposita relationem habeat 29. 7. 2.

XIII. An clausula codicillaris non addita tacitè subaudiatur. 29. 7. 7.

XIV. Quid si sit militare, vel testamentum patris inter liberos. 29. 7. 7.

XV. Si expressa sit, præsumitur ex voluntate testatoris expressa esse. 29. 7. 7.

XVI. Clausula codicillaris confirmat testamenta imperfecta ratione solemnitatis, non item imperfecta ratione voluntatis, aut alias continentia ea quæ contra leges sunt vel condita ab his qui non habent testandi jus. 29. 7. 8.

XVII. An jure civili firmat testamenta ob præteritionem certarum personarum nulla aut infirmanda. 22. 7. 9.

XVIII. An efficiat, ut hæredes ab intestato restituant quasi ex fideicommisso hæreditatem ei qui verbis directis in testamento substitutus fuerat. 29. 7. 8.

XIX. An qui prius egit tanquam ex testamento, postea possit agere ex vi clausulæ codicillaris tanquam ex codicillo; et quid moribus. 22. 7. 9.

Du précaire.

I. Precarium differt a donatione et precariâ juris canonici. 43. 26. 1.

II. An sit contractus. 43. 26. 1.

III. Quando repeti possit precarium. 43. 26 1.

IV. Quid moribus. 43. 26. 1.

V. Quæ res precariò concedi possint. 43. 26. 1.

VI. An et res suo domino. 43. 26. 1.

VII. Qualia commoda habeat precariò tenens; an et interdictum uti possidetis. 43. 26. 2

VIII. Quid sit interdictum de precario, quibus competat et contra quos. 43. 26. 3.

IX. An et quousque hæredes teneantur; an precarium ad eos transeat. 43. 22. 3.

X. Quo tempore in precario solus dolus, quo tempore culpa levissima præstanda sit et cur. 43. 26. 3.

XI. Cum hoc interdicto concurrit actio præscriptis verbis. 43. 26. 3.

XII. Quando cesset interdictum de precario. 43. 22. 4.

XIII. Quibus modis evanescat precarium. 43. 26. 4.

XIV. Qui ædificavit precario, tollendum ad vicini beneplacitum, *tot wederzeggens toe*, non cogitur destruere nisi novâ emergente causâ. 43. 25. 5.

De la donation entre-vifs.

894. — I. Quid sit donatio inter vivos. 39. 5. 4.

II. An sit donatio inter vivos, si quis dicat, se donare post mortem suam. 39. 5. 4.

III. An donatarius talem donationem ad hæredes transmittat, si viva donante moriatur. 39. 5. 4.

IV. Unde colligatur an inter vivos donatio sit. 32. 2. 1.

V. Est et donatio inter vivos causâ mortis facta cum hâc clausulâ, *ut nullo casu revocetur*. 38. 6. 1.

V. Pr. gén., in cap. hoc tit. II. — *Art.* 823, n. 7. 8. 9. 10. 11. — *Art.* 1002, *chap. II, sect. I*, n. 11.

Des testaments.

895. — I. Quid sit testamentum. 28. 1. 3.

II. Quotuplex sit testamentum. 28. 1. 3.

III. Nemo potest mori partim testatus, partim intestatus. 28. 1. 1.

IV. Hodie invaluit unumquemque pro parte testatum et pro parte intestatum mori posse. 28. 1. 1.

V. Pr. gén., in cap. hoc tit., art. 823.

Des substitutions.

896. — I. Quæ sit ratio introductæ substitutionis. Quadruplex est : vulgaris, pupillaris, quasi pupillaris et militaris. 28. 6. n. 1 et 8.

II De vulgari substitutione. — *V. art* 822.

III. De pupillari substitutione. Quid sit. 28 2. 12.

IV. Quis eam facere possit. An et mater. 28. 6. 16.

V Quibus liberis fiat. An et quousque adrogatis per adrogationem. 28. 2. 16.

VI. An liberis exhæredatis. An et liberis à patre præteritis. 28 2. 16.

VII. Quid juris si pater pupillariter substituerit liberis natis aut posthumis in gradu primo præteritis, in secundo exhæredatis. 28. 2. 16.

VIII. An et quando substitutio pupillaris tacita contineatur sub expressâ vulgari, quando non. 28. 2. 17.

IX. Quando reciproca liberorum substitutio vulgarem tantum, quando etiam pupillarem complectatur. 28. 8. 17.

X. An vulgaris expressa impuberi facta contineat etiam pupillarem tacitam, si impubes moriatur matre superstite. 22. 6. 17.

XI. Cum *novissimo morienti* substituitur, an tunc instituti etiam sibi invicem substituti intelligantur. 28. 2. 18.

XII. An et substituto tunc et locus sit, cum omnes instituti simul uno casu pereunt, nec apparet uter alteri superstes fuerit. 28. 2. 18.

XIII. Quid juris si pater voluerit, ejus filii qui novissimus morietur, partem hæreditatis propinquo restitui. 28. 6. 18.

XIV. Non valet substitutio pupillaris nisi pater sibi quoque testamentum faciat, vel alio tempore anteriore, vel eodem tempore, licet tunc ordo scripturæ conversus sit; non item posteriore. 28. 2. 19.

XV. An pater tunc sibi scriptum, filio nuncupativum possit testamentum facere. 28 2. 19.

XVI. An et privilegiato testamento pupillaris substitutio fieri possit. 28. 6. 19.

XVII. Quos pater possit impuberi substituere pupillariter. An extraneos præteritâ matre et fratre pupilli. 28. 6. 20.

XVIII. Si pater eosdem filio quos sibi hæredes scripserit, quales ex substitutione partes habituri sint. 28. 6 20.

XIX. An ad substitutionem admittendi sint, si patris hæreditatem repudiaverint. 28. 6. 20.

XX. An et hæres vel pater vel dominus ejus qui institutus fuerat, ac substitutus, et patris hæreditatem adiverat. 28. 6. 20.

XXI. Quales partes ex substitutione capere debeant, si pater eosdem, quos sibi, et Sempronium filio substituat. 28. 2. 20.

XXII. Quando sola sui hæredis existentia

confirmet tabulas pupillares, licet suos se non miscuerit, sed abstinuerit. 28. 6. 21.

XXIII. Quando ex adverso aditione hæreditatis paternæ opus sit ad pupillaris substitutionis confirmationem. 28. 2. 21.

XXIV. Substitutus qualia bona acquirat ex substitutione pupillari. 28. 6. 22.

XXV. An possit separare hæreditatem patris ab hæreditate impuberis, et paternâ repudiatâ adire eam quæ impuberis est. 28. 6. 22.

XXVI. Evanescit pupillaris, si impubes vivo patre moriatur, aut aliter desinat in ejus potestate esse. 22. 6. 23.

XXVII. Quid juris, si pater substituens, aut impubes, aut uterque, ab hostibus capiatur, et ibi decedat, vel postliminio revertatur. 28. 6. 23.

XXVIII. Quando tabulæ pupillares corruant propter infirmatum paternum testamentum, per distinctiones traditur. 28. 2. 24.

XXIX. Perit etiam substitutio hæc pubertate, vel tempore breviore specialim apposito. 28. 6. 25.

XXX. An ultra pubertatem facta sustineatur jure fideicommissi ex jure civili. 28. 6. 25.

XXXI. Moribus hodiernis pupillaris substitutio ultra pubertatem facta sustinetur jure fideicommissi, sive a patre, sive a matre, sive ab extraneo facta sit; nec se extendit ultra bona substituentis, licet impubes moriatur extra pubertatem, et substitutio a patre facta sit. 28. 6. 26.

XXXII. De quasi pupillari vel exemplari substitutione. Quid sit. 28. 6. 27.

XXXIII. An et mutis et surdis liberis fieri possit. An et prodigis. 28. 2. 27.

XXXIV. An furiosis impuberibus pater aut mater exemplariter substituere possit. 28. 6. 28.

XXXV. An liberi possint furiosis parentibus. 28. 6. 28.

XXXVI. An liberis ulterioris gradus. An adrogatis. An naturalibus a patre vel matre. 28. 6. 29.

XXXVII. Exemplariter substituens debet etiam sibi facere testamentum; et liberos quibus substituit, saltem in legitimâ instituere. 28. 6. 30.

XXXVIII. Ad substitutionem quasi pupillarem liberi etiam tales esse debent, ut sibi potuissent post mortem substituentis testamentum condere, si furor non impediret. 28. 6. 32.

XXXIX. Denique substituendi liberi aut fratres ejus qui furiosus est, ac his demum deficientibus extranei. 28. 6. 30.

XL. Probatur, non sufficere, quod quidam ex pluribus liberis aut fratribus furioso substituantur; sed omnes quotquot sunt, substituendos esse liberos, et his deficientibus fratres; licet fortè quidam in furiosum ingrati fuerint. 28. 6. 31.

XLI. Cur non fuerit usaetum, ut pater vel mater furiosi filii exemplariter ei substituetur; et an hoc cum humanitatis ratione conveniat. 28. 6. 32.

XLII. Qualia bona capiat exemplariter substitutus, sive solus pater, sive sola mater, sive parens uterque ita furioso substituerit. 28. 6. 33.

XLIII. Quid moribus hodiernis operetur hæc substitutio. 28. 6. 33

XLIV. Quibus modis evanescat hæc substitutio. Si furiosus post dilucidum intervallum iterùm in furorem relabatur, an substitutio reviviscat. 23. 6. 34.

XLV. An non saltem parentes tunc de novo possint exemplariter substituere. 28. 6. 34.

XLVI. An infirmetur hæc substitutio, si postea nascantur liberi aut fratres qui furioso substituti non sunt. 28. 6. 35.

XLVI. Quid sit militaris substitutio. 28. 6. 36.

V. C. civ., art. 898.

897.

Quelles dispositions ne renferment pas de substitution.

898. — I. An, si donatum sit, eâ lege, ut donata ad donantem revertantur, si donatarius sine liberis decesserit, inde liberis donatarii jus fideicommissi natum sit. 38. 5. 44.

II. Quot substitutionum gradus fieri possint. 28. 6. 1.

III. An substitutus substituti etiam sit substitutus primi instituti. 28. 2. 2.

IV. Substitutio in dubio præsumenda magis directa quam fideicommissaria. 28. 6. 3.

V. Directa vel pura vel conditionalis est. Quando censeatur conditionalis esse. 28. 6. 3.

VI. Quando substituto locus fiat tum in purâ tum in conditionali. 28. 6. 3.

VII. An substituto potiores sint hæredes ejus qui ante aditionem mortuus, adeundi facultatem ex aliquo jure ad hæredes transmisit. 28. 0. 4.

VIII. An filiofamilias instituto et nolente adire, pater ejus adire volens substituto potior sit. 28. 6. 5.

IX. An cohæres ex jure accrescendi præferatur substituto. 28. 6. 6.

X. Substitutus potior est instituto, si institutus sit servus a domino obæratu ut hæres necessarius. 28. 6. 7.

XI. Substitutus concurrit cum instituto, cùm testator servum instituit quem putabat liberum esse. 28. 6. 7.

XII. An substituto locus fiat, si institutus ob ipso testatore vel a lege indignus declaratus sit; et quid moribus. 28. 6. 8.

XIII. Substitutio quadruplex est, vulgaris, pupillaris, quasi pupillaris, et militaris. Reciproca et compendiosa non differt a superioribus, nisi formulâ verborum. 28. 6. 9.

XIV. Quid sit substitutio vulgaris; unus pluribus, plures uni, singuli singulis substitui possunt. 28. 6. 16.

XV. Si instituti sibi invicem substituantur, quales in substitutione partes habere debeant. 28. 6. 10.

XVI. An in casu numeri præcedentis conditiones institutioni additæ censeantur repetitæ in substitutione. 28. 2. 10.

XVII. An ex vulgari substitutione suus hæres ex necessario voluntarius fiat. 28. 6. 10.

XVIII. An substitutio vulgaris tacita contineatur sub expressâ pupillari. 28. 6. 11.

XIX. An substitutio vulgaris facta in casum, si institutus *hæres esse noluerit*, tacitè contineat casum alterum, *si hæres esse non potuerit*, et vice versâ. 28. 2. 12.

XX. An substitutus in casum, *quo liberi testatoris nascituri vivo testatore morientur*, etiam capiat hæreditatem, si nulli unquam liberi testatori nati fuerint. 28. 2. 13

XXI. Evanescit vulgaris, substituto ante testatorem moriente; item aditione per institutum factâ. 26. 6. 11.

XXII. Quid si institutus non ex testamento, sed ab intestato adiverit. 28. 6. 14.

XXIII. Quid juris in substituto, si institutus minorennis, qui repudiaverat, postea in integrum restituatur. 28. 6. 14.

XXIV. An si institutus adiverit hæreditatem, et posteà contra aditionem restituatur, substitutus admitti debeat, an magis hæredes legitimi. 28. 6. 14.

XXV. Vulgaris substitutio adhuc omnino in usu est. 28. 2. 15.

XXVI. An is, cui verbis directis vulgariter substitutum est, si adiverit, censeri debeat gravatus fideicommisso de hæreditate post suam mortem substituto vulgari restituendâ 28. 6. 15.

XXVII. Si ita gravatus intelligatur, substituti electionem habeant, an ex jure directæ substitutionis, an ex fideicommisso hæredes esse velint, si institutus repudiet; et quis in eo usus sit. 28. 6. 15.

V. C. c., art. 899.

899. — *V. C. c., art.* 866 *et* 898.

Des conditions impossibles et contraires aux lois et aux moeurs, ajoutées aux dispositions gratuites.

900. — I. Impossibiles conditiones sunt vel naturâ vel jure seu moribus, vel verborum aut rerum perplexitate. 28. 7. 2.

II. Quæ sint conditiones naturâ impossibiles; ubi exempla quædam dubia exequuntur. 28. 7. 2.

III. An impossibilis conditio *faciendi monumentum ad exemplum ejus, quod alteri certo in loco structum est*, si id non appareat. 28. 7. 2.

IV. Quæ sint impossibiles jure seu moribus. 28. 7. 6.

VII. Præterito hærede suo jam nato testamentum est nullum; emancipato præterito datur bonorum possessio contra tabulas. Posthumi et quasi posthumi præteriti rumpunt testamentum. 28. 2. 4.

VIII. Quasi posthumo præterito ac vivo, testatore moriente, convalescit testamentum ruptum; at non moriente vero posthumo. 28. 2. 4.

IX. Si suus hæres jam natus a patre præteritus sit et moriatur vivo patre an testamentum convalescat jure civili vel prætorio. 28. 2. 5.

X. Adstruitur moribus hodiernis testamentatali in casu debere rata censeri; uti jure prætorio sustinebantur si *suus* præteritus noluisset patri hæres esse. 28. 2. 5.

XI. Posthumi instituti si *testatore vivo nascantur*, an et censeantur instituti in casum quo *nascerentur mortuo testatore*. 28. 2. 6.

XII. Quid juris si posthumum instituerit et plures simul aut successivè nascantur ex eâdem vel secundâ vel tertiâ uxore. Quid si posthumum instituerit ex certâ uxore nasciturum et nascatur ex aliâ uxore. 28. 2. 6.

XIII. Quid si pater exhæredaverit suum filium nasciturum, et nascatur filia vel plures filii. 28. 2. 26.

XIV. Quæ olim inter liberos masculos et feminas, ac inter liberos primi et ulterioris gradûs differentia fuerit. Quomodo jure novo sublata. 28. 2. 7.

XV. Mansit adhuc jure novissimo Justiniani differentia inter suos et emancipatos et posthumos circa infirmationem testamenti ob præteritionem. 28. 2. 7.

XVI. An et quando filii habeantur pro præteritis si sub conditione instituti sint; et an jure novo Justiniani hæres suus sub conditione casuali institui possit. 28. 2. 8.

XVII. An censeantur præteriti si tantum ex re certâ, vel ab unâ tantum personâ, vel ab uno tantum gradu sint exhæredati, vel sub conditione. 28. 2. 8.

XVIII. Quid si sub conditione instituti in contrariam conditionem exhæredati sint. 28. 2. 8.

XIX. Quid si apud nos tantum coram tabellione et testibus sint exhæredati et non coram scabinis. 28. 2. 8.

XX. Jure civili illi qui tantum sunt in conditione positi non censentur ex testamento vocati. 28. 2. 9.

XXI. Quis sit usus superioris quæstionis? recensentur circumstantiæ in quibus præsumendum in conditione positos ex testamento vocatos esse. Quid juris sit in Hollandiâ et alibi circa positos in conditione. 28. 2. 10.

XXII. Moribus hodiernis præteritio est loco tacitæ exhæredationis ac liberis a patre præteritis querela datur. 28. 2. 11.

XXIII. An natis aut posthumis per ignorantiam præteritis, testamentum vi clausulæ codicillaris sustineatur, sic ut legatariis inde legata et fideicommissa præstanda sint, deductis tantum per præteritos duobus quartis; et ubi plura de his tractentur. 28. 2. 11.

XXIV. Hodie omnes liberi sub conditione casuali possunt institui si modo legitima purè relinquatur. An instituendi etiam legitimati rescripto principis. 28. 2. 12.

XXV. An et nepos naturalis ex filio legitimo si ad avi vel aviæ petitionem legitimatus sit. An et naturales a matre suâ. 28. 2. 12.

V. Not. gén., § II, n. 8; et art. 881, n. 11.

SECTION II. — DES INSTITUTIONS D'HÉRITIERS.

I. Potior est causa hæredis instituti quam ab intestato. 5. 3. 3.

II. Præcipua solemnitas interna testamenti est hæredis institutio. 28. 5. 1.

III. Paucissimis verbis institutio fieri potest. 28. 5. 1.

IV. Qui possint hæredes institui. 28. 5. 1. — *Vide art. 902 et seqq.*

V. Institutis liberis nasciturís fratrum aut cognatorum adhuc cœlibum an et vocati censeantur qui post mortem testatoris quocumque tempore concipientur, et quas partes videantur habere jam nati quamdiu adhuc alii nasci possunt. 28. 5. 12.

VI. An non hæredes ab intestato qui per posthumos institutos excludendi sunt, petere possint sibi hæreditatem committi donec posthumi nati fuerint. 28. 5. 12.

VII. Si quis habens fratres quosdam, et fratrum liberos, generaliter fratrum liberos instituerit, an tunc etiam censeatur instituisse illos fratrum liberos qui demum post mortem testatoris concipientur et nascentur. 28. 5. 13.

VIII. Qui generaliter testamento uxorem instituit, an tantum primam censeatur instituisse, an et secundam aut tertiam si et secundæ supervixerit. 28. 5. 14.

IX. An testator possit in testamento scripto hæredes instituere per relationem ad aliam scripturam adhuc scribendam. 28. 5. 15.

X. Et quid si talis scriptura postea non sit confecta. 28. 5. 15.

XI. An et possit hæredes instituere per relationem ad certum statutum, veluti instituendo eos qui ex jure Scabinico succedere debent. 28. 5. 15.

XII. Si testator instituerit vel substituerit hæredes legitimos seu hæredes sibi ab intestato succedentes, an vocati censeantur quos lex domicilii testatoris vocat ab intestato, an vero ad immobilia variâ venire debeant propinqui secundum leges locorum singulorum in quibus immobilia sita sunt. 28. 5. 16.

XIII. Qui et pro quâ parte videantur instituti, quando testator *fratrum et sororum filios ac nepotes hæredes legitimos ex æquis partibus* instituit. 28. 5. 17.

XIV. Quid juris in præcedenti casu si omiserit in superiore formulâ *hæredes legitimos*. 28. 5. 17.

XV. Quid si instituti vel substituti sint liberi legitimi et in statuto tantum succedant liberi primi thori. 28. 5. 17.

XVI. Quid si instituti sint fratres et tantum succedant ex statuto germani exclusis consanguineis. 28. 5. 17.

XVII. Si testator instituerit illos *qui ipsi debent succedere*, cum pacto dotali parentum testatoris certus ordo succedendi definitus esset in casum quo liberi nascituri morerentur intestati, an tunc instituti censeantur qui ex pacto dotali, an qui ex statuto domicilii deberent succedere. 28. 5. 19.

XVIII. Si quis instituat *fratres et eorum liberos* aut totam cognationem suam, non simul sed ordine successivo veniunt, secundum gradum dilectionis et successionis intestatæ. 28. 5. 20.

XIX. Quæ partes institutis ex hæreditate cedant, si vel unicus ex re certâ scriptus sit, vel unus ex re certâ, alter sine re; vel omnes ex rei certæ dispari quantitate; vel unus rerum Italicarum, alter provincialium; unus paternorum, alter maternorum. 28. 5. 23.

XX. Quid veniat appellatione rerum Italicarum, maximè in negotiatore italico, qui merces aut pecunias in provinciis habet. 28. 5. 23.

XXI. Quid juris, si omnes sine rei aut partis hereditariæ assignatione instituti sint, uniformi vel difformi oratione unâ aut pluribus, nomine proprio, aut nomine collectivo, velut *fratres et fratris liberi, uxor et cognati, cognati mariti et uxoris*, etc. 28. 5. 24.

XXII. Quid juris, si omnibus institutis partes datæ sint, vel quibusdam partes datæ et alii sine parte scripti ; ubi et quando ad dupondium aut tripondium recurri debeat, et quæ eâ occasione dubia sunt. 28. 5. 25.

XXIII. In quibus legibus formulæ variæ ambiguæ institutionum explicentur. 28. 5. 26.

XXIV. Quid moribus hodiernis obtineat circa casus plures in tribus numeris superioribus propositos ; dum nunc quisque pro parte testatus et intestatus mori potest. 28. 5. 26.

XXV. Inutilis est institutio perplexa, aut facta cum tali hæredis designatione, quæ contumeliæ causâ addi solet. 28. 5. 27.

XXVI. Valet tamen institutio cum elogio et objurgatione. 28. 5. 27.

XXVII. Inutiles sunt institutiones captatoriæ. Quæ tales sint, quæ non. 28. 5. 28.

XXVIII. An hæredis institutio valeat, quæ expressè vel tacitè in arbitrium tertii collata est. 28. 5. 29.

XXIX. Qui hæreditatem petit ex testamento, si illud producat, non tenetur probare illud postremum esse aut vitio carere. 5. 3. 5.

XXX. An transactio fieri, jusjurandum deferri de relictis ultimâ voluntate ante inspectas tabulas. 2. 15. 12. — 12. 2. 29.

V. infrà, chap. II, sect. III, pag. 62.

CHAPITRE II. — *Des legs en général.*

SECTION PREMIÈRE. — DE LA NATURE DES LEGS. QUELLES PERSONNES PEUVENT EN ÊTRE GREVÉES.

I. Variè legatum definitur, et quæ ratio ejus ; defenditur definitio Justiniani. 30. 1. 1.

II. Si testator donet legatario rem legatam aut partem ejus, in dubio an magis præsumenda sit donatio mortis causâ, an inter vivos. 30. 1. 1.

III. Sublata est jure novo differentia inter legata et fideicommissa : sicut et inter legata damnationis, vindicationis, etc. 31. 1. 2.

IV. Qui possint legato gravari. 31. 1. 11.

V. An et hæredes ab intestato. 31. 1. 11.

VI. An hæredes legitimi impuberis filiifamilias per patrem ejus. 31. 1. 11.

VII. An et substituti. 31. 1. 11.

VIII. An substitutus filii, impuberis exhæredati. 31. 1. 11.

IX. Quando substitutus iisdem intelligatur gravatus legatis et fideicommissis, quibus institutus, et quando non. 31. 1. 11.

X. An, si quis non ex expressâ vel tacitâ defuncti voluntate, sed casu hæres fiat, fideicommisso gravari possit, veluti filius a patre præteritus, si ei fiat suus hæres ; vel si is qui primo loco ab intestato succedere debeat, gravatus sit, et is non succedat, sed gradus sequens ; et quid moribus. 31. 1. 12.

XI. Potest testator vel unum ex pluribus hæredibus in solidum gravare, vel omnes pro virilibus aut hæreditariis portionibus. 31. 1. 13. — *V. C. c., art. 870, Pr. gén., n. 5 et seqq.*

XII. An in dubio testator credendus sit unum in solidum gravasse, si jusserit ut is corpus aliquod hæreditarium legatario præstet. 31. 1. 13. — *V. art. 870, Pr. gén.*, n. 5 *et seqq.*

XIII. An si unus sit gravatus, legatarius eum possit in solidum convenire. 31. 1. 13. — *V. art. 870, Pr. gén., n. 1 et seqq.*

XIV. An et legato gravari possint legatarii, fideicommissarii, mortis causâ donatarii, mortis causâ capionem percipientes. 31. 1. 11.

XV. An maritus ab uxore quæ ei donaverat. 31. 1. 11.

XVI. An et debitores defuncti, et quis tunc effectus sit. 31. 1. 14.

XVII. An et donatorii inter vivos ; remiss. 31. 1. 11.

XVIII. Hæredes legato gravati deducunt Falcidiam, non legatarii aliique similes. 31. 1. 15. — *V. C. c., art. 920, Pr. gén. n. 11 et seqq.*

XIX. Hæredes jure novo ultra vires hæreditatis gravari legatis possunt, non legatarii. 31. 1. 15.

XX. Recensentur tamen quidam casus excepti. 31. 1. 15.

XXI. Recensentur casus, quibus alii videntur a defuncto honorati, alii legatis gravati, ubi de municipio, vel pupillo honorato, et eo qui municipio præest vel tutore gravato ; et de gravato legatarii vel hæredis hærede. 31. 1. 16.

XXII. Qui non est honoratus gravari nequit. 31. 1. 19.

XXIII. An et quando, positâ statutoriâ communione, ex communi massâ solvendum sit, quod unus conjux vel uterque simul legavit. 31. 1. 16.

V. C. c., art. 711. — Sup. Pr. gén., n. 11 et seqq.

SECTION II. — DES CHOSES QU'ON PEUT LÉGUER ET COMMENT ON LE PEUT.

I. Quales res legari possint. 30. 1. 17.

II. An et illæ quæ apud hostes sunt. 30. 1. 17.

III. Non tantum species rerum sed et genera legari possunt. 30. 1. 17. — *V. Interprétation de legs, infrà, sect. III, pag. 62.*

IV. Legari possunt universitates rerum, hæreditas defuncto relicta, pars quota hæreditatis, vel pars quota bonorum ipsius defuncti. Quis tunc effectus. 30. 1. 19.

V. Quid intersit an pars quota hæreditatis alicui relinquatur, titulo institutionis an titulo legati. 30. 1. 19.

VI. Quid referat, utrum pars hæreditatis, an pars bonorum legata sit. 36. 1. 16.

VII. Si taberna, chorus, familia, grex, armentum, et similia legentur, an multiplex legatum sit. 30. 1. 19.

VIII. Legari potest nomen seu actio, illa legatario cedenda, etiam ad usuras sortis adhuc debitas. 36. 1. 20.

IX. Cedendæ et actiones accessoriæ ratione fidejussorum ac pignorum, si testator hæc non liberaverit. 30. 1. 20.

X. An hæres teneatur præstare debitorem locupletem. 30. 1. 20.

XI. An non saltem si testator legaverit expressè rem aut quantitatem sibi debitam. 30. 1. 20.

XII. Quid si legaverit actionem in judicium jam deductam. 36. 1. 20.

XIII. Utiles sine cessione actiones etiam legatario competunt. 36. 1. 20.

XIV. An et sine cessione actiones utiles accessoriæ, quas defunctus non habuit, sed hæres demum paravit. 30. 1. 20.

XV. Quid si testator leget Titio quod sibi Mævius debet, cum is nihil debeat. 30. 1. 21

XVI. Quid si exprimat certam quantitatem tanquam sibi debitam. 30. 1. 21.

XVII. Quid si leget quod sibi sub conditione debetur ex contractu, vel ex legato. 30. 1. 21.

XVIII. Quid si testator cùm sibi deberetur Stichus aut decem arbitrio debitoris, leget alteri Stichum sibi debitum. 30. 1. 21.

XIX. Quid si in eodem casu debiti alternativi leget uni Stichum alteri decem. 30. 1. 24.

XX. Quid si cùm haberet duos debendi reos ejusdem rei, vel debitorem et fidejussorem Gajum et Lucium leget Titio quod sibi Gajus debet, et Mævio quod sibi Lucius debet. 36. 1. 24.

XXI. Quid si postea alteruter sive Gajus sive Lucius acceptilatione, vel pacto, vel liberatione legatâ, obligationi subductus sit. 36. 1. 21.

XXII. Quid debeatur, si testator nominum universitatem seu totum calendarium leget. 30. 1. 25.

XXIII. An etiam pecuniæ exactæ, an in calendarii rationem de nova translatæ. 30. 1. 25.

XXIV. An locus illatione cadaveris religiosus factus legari possit. 11. 7. 4.

XXV. An calendarii rationibus exemtæ. 30. 1. 25.

XXVI. Si legaverit certum numerum nominum ex calendario, arbitrio legatarii eligendum, an eliget ex iis quæ in calendario erant tempore facti testamenti, an tempore mortis. 30. 1. 25.

XXVII. Res extra commercium positæ legari nequeunt vel purè vel sub conditione ; ac neque res neque æstimatio debetur. 30. 1. 30.

XXVIII. Quid si sint in commercio hæredis non legatarii, aut contra. Respondetur objectionibus. 30. 1. 30.

XXIX. Si legatarius fideicommisso gravatus sit, incapacitas legatarii non obest, si fideicommissarius capax sit. 30. 1. 30.

XXX. Quid juris, si testator suum servum alteri leget et ipsi isti servo leget libertatem purè vel sub conditione, vel ex die. 30. 1. 31.

XXXI. Tignum ædibus junctum an et quando legari possit purè vel sub conditione, tum jure civili, tum moribus. 30. 1. 32.

XXXII. An si res prohibeantur omnino statuto legari, vel legari certis personis, veluti immobilia tutori, conjugi, etc., æstimatio debeatur. 30. 1. 33.

XXXIII. Quid si expressè æstimatio rerum talium legata sit. 30. 1. 33.

XXXIV. An tacitè videantur prohibitæ statuto legari res illæ quæ jure præcipui cedere debent primogenito aut conjugi. 30. 1. 33.

XXXV. Si idem corpus vel eadem quantitas sæpius eidem ab eodem legetur, vel eâdem vel diversis scripturis, an semel, an sæpius legatum debeatur. 30. 1. 34.

XXXVI. Legari possunt facta, ut hæres ad ea damnetur. 30. 1. 35.

XXXVII. Si damnetur a testatore rem certam duobus vendere, et unus eorum emere nolit, an hæres cogi possit alteri partem vendere. 30. 1. 35.

XXXVIII. An legati præstatio conferri possit in arbitrium hæredis. 30. 1. 30.

XXXIX. An ejus arbitrio committi, cui dare velit, aut quibus pensionibus solvere. 30. 1. 36.

XL. An legatum conferri in arbitrium legatarii. 30. 1. 36.

XLI. An tunc purum an conditionale legatum sit. 30. 1. 30.

XLII. An in arbitrium tertii expressè vel tacitè. 30. 1. 36.

XLIII. Quid sit legatum pœnæ causâ; cur hoc olim non valuerit; cur jure novo valeat ut conditionale. 34. 6. 1.

XLIV. Cur legatum pœnæ causâ relictum inutile sit si probrosum quid aut turpe contineat, cum alias vulgo turpis conditio legato apposita pro non scriptâ habeatur. 34. 6. 2.

XLV. Et olim et hodie legatis pœna addi potest, si gravatus ea non præstet. 34. 6. 6.

XLVI. An et gravatus possit a testatore privari relictis, si voluntati ejus non pareat; et an non aliquando mora ejus excusetur, modo postea adhuc pareat. 34. 6. 6.

XLVII. An si testator honoratis adimat relicta, quando voluntatem ejus impugnant, illi adhuc relicta capiant, si justam aut probabilem habuerint impugnandi causam, licet tandem succumbant. 34. 6. 3.

XLVIII. De legato servi cum peculio materia tractatur Lib. 33. tit. 8.

V. C. c., art. 1021. — 1002, *chap. III, sect. I, II, III, IV, V, VI et VII.*

SECTION III. — DE L'EFFET ET DE L'INTERPRÉTATION DES LEGS, DES DROITS ET ACTIONS QU'ILS CONFÈRENT AUX LÉGATAIRES.

I. Nemo legatum petere potest, nisi prius illud agnoverit. Agnoscere non potest sine onere addito. 30. 1. 37.

II. An legatarius legatum pro parte admittere, pro parte repudiare possit, si una vel plures res ei legatæ sint. 36. 1. 67.

III. Quid si plures sint unius legatarii hæredes. 30. 1. 67.

IV. An unus dominorum admittere alter repudiare legatum servo relictum. 36. 1. 67.

V. An hæres repudiare hæreditatem et legatum agnoscere. 30. 1. 67.

VI. Quot actiones pro legato competant. 31. 1. 68.

VII. Quid sit actio ex testamento. 31. 1. 38.

VIII. In quibus legatis locum habeat et contra quos detur. 36. 1. 68.

IX. Stricti juris est; sed in variis sequitur naturam actionum bonæ fidei. 30. 1. 38.

X. Rei vindicatio pro legato contra quos detur, et ex quo fundamento. 30. 1. 39.

XI. Quo sensu verum sit, dominium rei legatæ rectâ viâ transire a defuncto in legatarium, et quo tempore. 30. 1. 30.

XII. Quæ legata per vindicationem peti nequeant. 30. 1. 39.

XIII. De actione hypothecariâ. An illa dividua sit, si testator expressè pignus pro legato dederit testamento. 30. 1. 46.

XIV. An legatario jus hypothecæ legalis adimere testator possit. 30. 1. 40.

XV. An hoc jus competat etiam hæredi ex re certâ instituto. 36. 1. 46.

XVI. An et legatario pro annuis legatis. 30. 1. 40.

XVII. An et jus hypothecæ legalis competat, si non hæres, sed legatarius legato vel fideicommisso gravatus sit, et in quibus tunc bonis. 30. 1. 41.

XVIII. Qualia defuncti bona, et quousque, hypothecâ legali affecta sint, cum plures hæredes legato onerati sunt; vel cum unus ex pluribus solus est gravatus, vel cum ex pluribus gravatis quidam jam solverunt. 30. 1. 41.

XIX. An hæc hypothecaria detur tantum contra hæredem, an et contra tertios rerum defuncti possessores. 30. 1. 42.

XX. An ut pro usuris ac fructibus legatorum competat jus hypothecæ legalis. 30. 1. 43.

XXI. An et pro sumptibus ad consequendum legatum factis, in quos hæres legatario damnatus est. 30. 1. 43.

XXII. Qualia legata judicio familiæ erciscundæ peti possunt. 30. 1. 44.

XXIII. An legatarius rem sibi legatam privatâ auctoritate possit occupare invito possessore. 30. 1. 45.

XXIV. Quid si testator legatario hoc jus dederit. 30. 1. 45.

XXV. An possit viâ executivâ consequi; et quid moribus. 30. 1. 46.

XXVI. Aliquando agunt ad legatum illi qui in legando aut nullo modo aut non principaliter nominati sunt; et quidem vel soli, etiam uterque tum qui nominatus, tum qui non nominatus est; quod exemplis illustratur. 30. 1. 56.

XXVII. Quomodo hæredi cavendum ab eo qui primus agit de legato, si et alter agere possit. 30. 1. 58.

XXVIII. An unus legatarius rem unam sibi legatam possit partim actione ex testamento, partim rei vindicatione petere. 36. 1. 57.

XXIX. Quid, si plures hæredes unius legatarii. 30. 1. 57.

XXX. Ubi legata peti debeant si actione in rem vel in personam legatarius agere velit. 30. 1. 58.

XXXI. Hæres a se ipso capere nequit, ratione civili et naturali, inutile est legatum hæredi ex asse datum. 30. 1. 4.

XXXII. Quid juris, si hæredi ex asse instituto et Titio legatario legata sit res. 30. 1. 4.

XXXIII. Quam partem capiat ex legato hæres, cui ex semisse instituto, et duobus aliis extraneis fundus legatus est. 36. 1. 4.

XXXIV. Quam partem quisque ex legato capiat, si testator omnibus hæredibus, in partibus inæqualibus institutis, rem unam simplici legato reliquerit, variis factorum speciebus explicatur. 30. 1. 5.

XXXV. Quam partem quisque ex legato capiat, si ex pluribus hæredibus uni aut quibusdam tantum res legata sit. 30. 1. 6.

XXXVI. An hæ juris civilis determinationes adhuc moribus servandæ sint. 30. 1. 0.

XXXVII. Quid juris, si non simplex legatum, sed prælegatum, uni aut quibusdam, aut omnibus hæredibus relictum sit; quales tunc singuli partes, et quo jure capiant. 30. 1. 7.

XXXVIII. An in prælegato hæres a se ipso capere possit. 30. 1. 7.

XXXIX. Si testator leget genus rerum, veluti, supellectilem suam, etc., et subjuxerit vel præmiserit quasdam generis illius species, an tunc ad illas species restrictum sit legatum, an magis id omne debeatur, quod testator ex eo genere reliquit. 36. 1. 17.

XL. Quid si testator generaliter mobilia sua legaverit sine certi loci adjectione; quid tunc legatum censeatur. — *V. art.* 533, *n.* 1 *et seqq.*

XLI. Quid si res legata vivo testatore legatario acquisita fuerit ex titulo oneroso. 36. 1. 49.

XLII. An pro rebus legatis pecunia, aut pro pecuniâ res invito legatario obtrudi possit. 30. 1. 49.

XLIII. Quid si hæres peculiari ducatur affectione in rem illam quam præstare debet. 30. 1. 49.

XLIV. Si electio hæredi data sit, an rem an æstimationem præstare velit, an tunc possit partim rem partim æstimationem dare. 30. 1. 49.

XLV. Recensentur plures casus, quibus hæres vel potest vel cogitur præstare rerum legatarum æstimationem. 30. 1. 49.

XLVI. Quo sensu dicitur superflua non nocere in ultimis voluntatibus. 7. 1. 10.

XLVII. Ubi nulla est ambiguitas in verbis, voluntatis quæstio non admittenda. 34. 6. 1.

XLVIII. Dubia interpretari potest ipse testator. 34. 5. 1.

XLIX. An tunc novâ opus solemnitate. 34. 5. 1.

L. Lex sæpè interpretatur dubias voluntates, nec tunc ad usum testatoris aut morem regionis recurrendum. 34. 5. 2.

LI. An legatis prædiis quæ possidebat,

censeatur etiam legasse prædia sibi pignori data. 31. 3. 2.

LII. Quid juris, si dictum, *Seja cum ducentis quæ apud eum deposui trecenta do lego*. 34. 3. 2.

LIII. Quid si scriptum, *fundum hæres meus Attio cum Dione Mævii servo dato*. 31. 5. 2.

LIV. Quid si habens Flaccum fullonem, et Stichum pistorem, leges *Flaccum pistorem*. 34. 5. 2.

LV. Quid, si *uni servos textores, alteri vernas leget*, et quidam servi ejus simul vernæ ac textores sint. 34. 5. 2.

LVI. Quid juris si filio nascituro plus, filiæ nasciturae minus relinquatur, et uno partu nascatur filius et filia. 34. 5. 3.

LVII. Si centum legentur filio vel filiæ nasciture, an singulis centum debeantur, si plures simul edantur. 34. 5. 3.

LVIII. Gemellis natis, quis primus præsumatur editus. 34. 5. 3.

LIX. Si nec testator nec lex dubia explicet, quales tunc regulæ a jurisconsultis et judicibus sint observandæ in interpretandis dubiis voluntatibus. 34. 5. 4.

LX. Et quando voluntas perplexa aut dubia ob defectum interpretationis inutilis sit. 34. 5. 4.

LXI. Interpretatio petenda ex usu et consuetudine testatoris. 34. 5. 4.

LXII. Eâ deficiente, ex more regionis colligenda. 34. 5. 4.

LXIII. Aliæ enumerantur interpretationis regulæ. — *V. Interprétation des lois; ad art. 4.*

LXIV. Apud quos casus dubii ultimarum voluntatum quærendi sint. 34. 5. 5.

LXV. An dominium ex legato transeat sine traditione, an acceptatio requiratur. 39. 6. 6.

XLVI. Legatario jus deliberandi competit, an legatum acceptare velit, necne. 29. 6. 3.

LXVII. An evictio præstanda sit in legatis. 21. 2. 12.

LXVIII. An licita est repudiatio legatorum ante inspectas tabulas testamenti. 2. 15. 13.

LXIX. Ut legatorum servandorum causâ caveatur, materia tractatur. 36. 3. 1 et seqq.

LXX. Ut in possessione legatorum servandorum causâ esse liceat materiâ tractatur. 36. 4. 1 et seqq.

V. art. 533. — Suprà pag. 57, Not. gén., n. 18 et 19. — Art. 1002, chap. I, sect. II, et chap. II, sect. I et II.

Adhuc de effectu et de interpretatione legatorum. — *V. infrà, chap. III, sect. I, II, III, IV, V, VI et VII; et chap. IV. sect. I, II et III.*

CHAPITRE III. — De diverses espèces particulières de legs.

SECTION PREMIÈRE. — Du legs d'usufruit, d'usage, d'habitation et de revenus.

I. Si Titio fundus legetur, Mævio ejusdem fundi usufructus, quid Mævius sit habiturus jure romano et moribus. 7. 1. 6.

II. Non solus usufructus, sed plena proprietas data creditur, si domus certa ad inhabitandum, fundus ad alimenta legetur. 7. 1. 9.

III. Idem si fructuarius gravatus sit onere restituendi ex fideicommisso res fructuarias tertio. 7. 1. 9.

IV. Idem est, si legans usumfructum addiderit prohibitionem alienationis, vel fructuario injunxerit ut rei fructuariæ servitutem imponeret. 7. 1. 10.

V. Idem, si usufructus legetur cum liberâ alienandi potestate, quo casu ad dodrantem usque alienatio permissa est. 7. 1. 11.

VI. Secus, si tantum alienandi potestas in casu necessitatis vel indigentiæ adjecta sit. 7. 1. 11.

VII. Si tamen non *usufructus*, sed *bona* legentur, et addatur prohibitio alienationis, vel licentia alienandi in casu necessitatis, proprietas cum onere fideicommissi legata videtur. 7. 1. 11.

VIII. Quid juris sit secundum juris rigorem, et secundum æquitatem, si testator Titium in omnium suorum bonorum usufructu instituerit, vel legati titulo ei dederit, et adjecerit, se post Titii obitum instituere hæredem Mævium. 7. 1. 12.

IX. Quid differat, quantum ad effectus juris, utrum alicui nudus usufructus intelligatur relictus, an vero proprietas cum onere fideicommissi. 7. 1. 13.

X. Legato usufructu domuum et omnium quæ in iis domibus sunt, non creduntur ea contineri quæ mercis causâ parata in ædibus inveniuntur. 7. 1. 18.

XI. Si in annos aut menses singulos vel alternis annis usufructus legatus sit, plura censentur legata. 7. 3. 2.

XII. Quis prior frui debeat, si alternis annis Titio et Mævio usufructus datus sit. 7. 3. 2.

XIII. Si alicui pro se et hæredibus usufructus relictus sit et legatarius moriatur vivo testatore, hæredes ejus capiunt postea usumfructum, sed tantum primi hæredes vocantur. 7. 4. 1.

XIV. Quid juris, si uni usufructus, alteri usus, tertio proprietas ejusdem rei detur. 7. 6. 1.

XV. De legatis operis servorum et in quibus distet ab usufructu et ab usu. 7. 7. n. 1 et 2.

XVI. Quid de legato operarum jumenti. 7. 7. 5.

XVII. In dubio magis habitatio sola, quam plena proprietas præsumitur legata. Quid juris, si legetur *domus ad inhabitationem*, vel, *ad inhabitandum* quamdiu legatarius vivit. 7. 8. 9.

XVIII. Quid intersit inter usumfructum et reditum legatum. 33. 2. 2.

XIX. An reditum ex fundo debens possit vendere fundum, si reditum præstet. 33. 2. 2.

XX. An reditus legatus morte legatarii extinguatur, an magis perpetuus sit, per distinctiones explicatur. 33. 2. 3.

XXI. Annuus reditus ad ludos illicitos relictus debetur, sed licitis applicandus est. 33. 2. 4.

XXII. Reditus temporis illius quo ludi non editi, non debentur, sed manent penes oneratum sive hæredem, sive legatarium, si legatarius iis reditibus oneratus sit, uti et qui jure præscriptionis desierunt deberi. 33. 2. 1.

XXIII. An et quousque reditus annui præscriptio fieri possit, et quanto temporis spatio. 33. 2. 4.

XXIV. Si reditus certo fundo per legatum sit impositus, et fundus venditus postea pereat, an emtor adhuc ad reditum obstrictus sit. 33. 2. 5.

V. sect. sequentem. — Art. 1014.

SECTION II. — Du legs des choses qui se payent par année.

I. Annuum plura legata continet. 33. 1. 1.

II. Morte legatarii cessat. 33. 1. 1.

III. Quando primi et quando sequentium annorum dies hic cedat. 33. 1. 1.

IV. An, si legatarius initio anni vixerit, totius anni legatum debeatur. 33. 1. 1.

V. An annuum initio cujusque anni peti possit, si ex fructibus certi fundi præstandum sit; et quid, si fructus haud sufficiant 33. 1. 1.

VI. An singulis annis capacitas legatarii inspiciatur. 33. 1. 1.

VII. An et quousque annui præscriptio fieri possit. 33. 1. 1.

VIII. Recensentur casus, quibus annuum legatum perpetuo duret: ubi de annuo *pro se et hæredibus*, vel alicui ratione officii, quo fungitur, vel collegio aut ecclesiæ relicto; vel ad ludos, quibus hæredes præsiderent. 33. 1. 2.

IX. Cur hisce in casibus aliud in usufructu quam in annuo legato obtineat. 33. 1. 2.

X. Vivo legatario evanescit hoc legatum, si ad certum tempus datum sit. 33. 1. 3.

XI. An cesset, si ob certam causam futuram, puta administrationem, relictum sit, et illa cesset. 33. 1. 3.

XII. Non evanescit morte gravati. 33. 1. 3.

XIII. An non, si fructuarius annuum ex suo usufructu præstare gravatus sit, et moriatur. 33. 1. 3.

XIV. An hoc legatum pereat capitis diminutione. 33. 1. 4.

XV. Si legatarius ex fundo sibi legato annuum alteri præstare jussus sit, et ratione fundi Falcidiam patiatur, an et ipse pro ratâ ex annuo deducat. 33. 1. 4.

XVI. Recensentur casus in quibus dubium, an sit annuum legatum, an semel tantum præstandum. 33. 1. 5.

XVII. Quibus modis annuum legetur; an ita, ut uno anno aliud præstetur quam altero. 33. 1. 6.

XVIII. Quid debeatur, si leget quis *annuum quod ipse dare solitus fuit*. 33. 1. 6.

XIX. Quid si tunc variè annua præstiterit. Quid si aliâ formâ. 33. 1. 6.

XX. Quid si antea quidem præstiterit, sed non postremis annis. 33. 1. 6.

XXI. Quid si cognatis omnibus annuum leget, quod vivus præstabat, nec tamen omnibus vivus præstiterit. 33. 1. 6.

XXII. Quid si societatem universalem cum uxore habens, ita legaverit, et centum Titio præstare sit solitus, an centum, an magis quinquagenta debeantur. 33. 1. 6.

XXIII. Quid præstandum si simpliciter *annuum* leget, nec rem aut quantitatem adjdat. 33. 1. 6.

XXIV. Si *menstruum* aut *diurnum* relinquatur, idem obtinet quod in annuo legato. 33. 1. 7.

XXV. Quid juris, et quæ propinquorum testatoris potestas sit, si annuum legatur per pauperum curatores arbitrio proximiorum testatoris distribuendum. 33. 1. 8.

XVI. Differt ab *annuo* legatum *annuâ, bimâ, trimâ die* præstandum. 33. 1. 9.

XXVII. Quando hujus legati dies cedat. 33. 1. 9.

XXVIII. An evanescat legatario intra triennium moriente. 33. 1. 9.

XXIX. An interim usuræ pensionis non solutæ solvi debeant. 33. 1. 6.

XXX. Quibus pensionibus solvendum hoc legatum. 33. 1. 6.

XXXI. Quid si jusserit solvi inæqualibus pensionibus arbitrio hæredis aut legatarii. 33. 1. 6.

XXXII. An et pluribus quam tribus pensionibus solutio hujus legati possit a testatore dividi. 33. 1. 10.

XXXIII. Quid si ante finem pensionum omnium legatarius moriatur. 33. 1. 10.

XXXIV. An et in corporibus possit locum habere legatum annuâ, bimâ, trimâ die præstandum. 33. 1. 11.

XXXV. Quid juris, si testator jusserit, annuâ, bimâ, trimâ die præstari Titio, cum erit annorum quatuordecim, et is eam ætatem jam excesserit. 33. 1. 12.

XXXVI. Quid juris, si testator annuum leget, sed duabus pensionibus præstandum. 33. 1. 13.

V. sect. præcedentem; et infrà, sect. VII. — Art. 1011.

SECTION III. — Du legs de la dot.

I. Cui dos legari possit. 33. 4. 1.

II. Si dos puellæ nupturæ legetur, conditionale in dubio legatum est, nec transit ad hæredes, si innupta moriatur. 33. 4. 1.

III. Si pater filiæ legat certam quantitatem dotis nomine, et postea nubenti dotem minorem præstet, reliquum ex causâ legati peti potest. 33. 4. 1.

IV. Quid sit prælegatum dotis, et qualis legata dicantur *prælegari*, ac cur. 33. 4. 6.

V. Prælegatur dos expressè vel tacitè. 33. 4. 3.

VI. Quid si prælegat res alias, quam dotales, tanquam dotales. 33. 4. 3.

VII. Quid si res ipsas dotales prælegat, sed illæ vivo marito redditæ uxori sint, aut sine culpâ mariti perierint. 33. 4. 3.

VIII. Quid, si simpliciter dotem prælegat sine corporis aut quantitatis adjectione, et nulla dos ab uxore data sit. 33. 4. 3.

IX. Si maritus, qui mille in dotem acceperat, mille leget, sine dotis mentione, an mulier et dotem et mille legata petere possit. 33. 4. 4.

X. Si marito mulieris ex pacto ad dotis restitutionem obligatus sit, et uxori dotem prælegat, an dos bis reddi debeat. 33. 4. 4.

XI. An bis, si pater, qui dotem pro filio a nuru acceperat, nurui aut filio suo illam dotem leget. 33. 4. 4.

XII. Quid si primo specialiter fundum dotalem, et postea totam dotis universitatem legaverit. 33. 4. 4.

XIII. In quibus pinguius sit legatum, quam actio de dote. Ubi de præsenti solutione, liberatione ab obligatione dotis causæ et non numeratæ. Quales impensæ in dotem factæ tunc restituendæ sint, quales non. 33. 4. 5.

XIV. An uxor, cui prælegatus est fundus dotalis a marito elocatus, colonum possit ante tempus expellere. 33. 4. 5.

XV. An uxor, cui dos prælegata, et quousque fideicommisso restituendæ dotis gravari possit. 33. 4. 6.

XVI. De doario primo pactis dotalibus dato, et post ea legato. Remiss. 33. 4. 7.

V. C. c., art. 1014.

SECTION IV. — Du legs de la libération.

I. Liberatio jure legatur vel expressè vel tacitè. 34. 3. 1.

II. An tacitè legata sit, chirographo vel pignore legato. 31. 0. 1.

III. Legatur et pro parte. 34. 3. 1.

IV. Quid juris, si præter nomen cujus liberationem legat testator, nihil habeat, et tamen aliis quoque legat. 34. 3. 1.

V. Quando ad tempus, quando in perpetuum videatur legata liberatio. 34. 3. 1.

VI. Legatur liberatio debitori testatoris, vel hæredis, vel tertii, vel etiam ipsi fidejussori, qui fidejusserat pro testatore. 34. 3. 2.

VII. An debitori inopi. 34. 3. 6.

VIII. An debitori ex maleficio vel quasi. 34. 3. 2.

IX. An ei qui tantum naturaliter debet. 34. 3. 6.

X. An ei qui nec naturaliter nec civiliter debet, et an tunc peti non possit quantitas quæ quasi debita remittebatur. 34. 3. 6.

XI. An ei qui perpetua exceptione tutus est. 34. 3. 2.

XII. An adversario litiganti, qui bonam aut malam causam fovet. 34. 3. 2.

XIII. Quid si testator Titio tanquam debitori leget liberationem, cum Titio nihil debeat. 34. 3. 2.

XIV. Tentatur emendatio l. 25. ff. h. t. rejectâ Antonii Fabri conjecturâ occasione præcedentis quæstionis. 34. 0. 8.

XV. Quis sit effectus legatæ liberationis, si debitori testatoris vel hæredis relicta sit. 34. 3. 3.

XVI. Quando debitor tunc pacto, quando acceptilatione liberandus sit. 34. 3. 3.

XVII. Quid juris, si locator conductori legaverit liberationem a conductione. 34. 3. 3.

XVIII. Quid, si cum *Stichus aut Pamphilus* deberetur, testator vetet Stichum peti. 34. 3. 6.

XIX. Quid si sub conditione sit legata liberatio debiti puri. 34. 0. 3.

XX. Liberatione ad tempus legatâ, an medii temporis usuræ debeantur. 34. 3. 3.

XXI. Quâ ratione secundum mores hodiernos legatarius obtinere possit effectum legatæ liberationis. 34. 3. 4.

XXII. Et an peti possit id quod interest, si hæres legatarium liberare nolit. 34. 0. 4.

XXIII. Liberationis legatum an liberet a debitis post testamentum demum conditum contractis. 34. 3. 5.

XXIV. An ab usuris, quarum dies antè et post conditum testamentum cessit. 34. 3. 5.

XXV. An liberet ab actionibus in rem. 34. 3. 5.

XXVI. An hoc legatum corruat, si hæres debitum exegerit, vel legatarius errore facti sponte solverit. 34. 3. 6.

XXVII. An si vivus testator illud exegerit, vel legatarius id ei sponte solverit. 34. 3. 6.

XXVIII. Quid si inter debitorem et testatorem qui liberationem legaverat, novatio intercesserit. 34. 3. 6.

XXIX. Quis sit effectus, si debitori non testatoris aut hæredis, sed tertii, liberatio legata sit. 34. 3. 7.

XXX. Quis effectus, si debitor ipse suo fidejussori pro se obligato, liberationem leget. 34. 3. 7.

XXXI. An et quando utile sit legatum, quo debitor id quod debet suo legat creditori, multis casibus explicatur. 34. 3. 8.

XXXII. Quid si legetur ab eo, qui non debet. 34. 3. 8.

XXXIII. An debitor debens quantitatem et legans suo creditori quantitatem, intelligatur id fecisse animo compensandi, quod exemplis illustratur. 34. 3. 9.

XXXIV. An legando pignus quod creditori pro debito obligaverat. 34. 3. 9.

SECTION V. — Du legs d'option ou d'élection.

I. An differat *optio* et *electio* legata. 33. 5. 1.

II. An et incorporalium et fungibilium rerum optio legari possit. Et quæ sit utilitas in optione legatâ fungibilium. 33. 5. 1.

III. Optione rerum in plurali numero datâ, tres optari possunt. Potest et optari res optima. 33. 5. 1.

IV. Si testator ex genere, unde optionem

legaverat, speciem unam vivus præstet legatario, optio adhuc salva est. 33. 5. 1.

V. Eligit legatarius regulariter ex rebus omnibus quæ testatoris sunt mortis tempore. 33. 5. 2.

VI. Quid si res testatoris quædam apud tertium sint. 33. 5. 2.

VII. Quid si non plures, sed pauciores res sint in hæreditate; quam optari ex legato deberent. 33. 5. 2.

VIII. Si nol certos servus, alteri optio servi legata sit, an legatarius optionis optare possit servum alteri legatum. 33. 5. 2.

IX. An et eum quem testator jusserat sub conditione liberum esse. 33. 5. 2.

X. An et optari possit ex rebus per hæredem alienatis, aut servis ab eo manumissis. 33. 5. 2.

XI. An ex synthesi vestium, aut quadrigâ optare possit cui tunicæ aut equi optio legata. 33. 5. 2.

XII. Optandum post aditam hæreditatem, intra tempus a testatore præscriptum. 33. 5. 3.

XIII. Si is non præscripserit, prætor præscribit petente hærede vel legatario, cui genus rerum, unde optandum, legatum est. 33. 5. 6.

XIV. An tunc post lapsum illius temporis legatario adhuc permittenda optio; si non, cui tunc cedat, quod optari alius potuisset. 33. 5. 6.

XV. An optio fieri possit per procuratorem; ac per filium familias legatarium sine patris consensu. 33. 5. 4.

XVI. Quid si servo sit legata optio, et is post diem legati cedentem manumissus sit. 33. 5. 4.

XVII. Si plures sint legatarii optionis, vel plures hæredes unius legatarii, et in optando dissentiant, sors interponitur. 33. 5. 4.

XVIII. Si unus legatarii hæres impediat optionem, cæteris tenetur actione familiæ erciscundæ. 33. 5. 4.

XIX. Omnes simul debent optare. Uno optante, ac mox moriente vel furente, si et reliqui eumdem rem optent, sustinetur optio. 33. 5. 4.

XX. Si optio tertio injuncta sit, at is nolit vel non possit optare, optat ipse legatarius medium, non optimum; et cur. Nisi testator in subsidium ipsi legatario expressè optionem permiserit. 33. 5. 5

XXI. Cur non corruat legatum, tertio illo non optante. 33. 5. 5.

XXII. Quid juris, si ipsi hæredi permissa sit optio, et is pro legatario nolit optare. 33. 5. 5.

XXIII. Re in genere legatâ, an hæredi an legatario competat electio, et qualis res eligi possit. 33. 5. 6.

XXIV. Et si istius generis res in hæreditate non sint, an aliundè redimendæ sint, an vero legatum corruat, distinctionibus explicatur. 33. 5. 6.

XXV. Quid si domum leget, et nullam domum habeat, sed pecuniam in domus emtionem repositam. 33. 5. 6.

XXVI. Quid si leget fundum Cornelianum, cum plures haberet ejusdem nominis. 33. 5. 6.

XXVII. Duabus rebus alternative legatis, an legatario an hæredi electio competat. 33. 5. 7.

XXVIII. Si duæ res alternativè legatæ sint, sed una purè, altera sub conditione, et pendente conditione legatarius moriatur, an et quatenus legatum corruat. 33. 5. 7.

XXIX. Quid si ex alternativè legatis una perierit, vel a vivo testatore legatario sit præstita. 33. 5. 7.

XXX. Electione factâ in legato optionis, aut generis, aut alternativorum, eligens variare nequit; nisi subsint justæ causæ, quæ recensentur. 33. 5. 8.

XXXI. An ubi *Stichus aut Pamphilus* ex legato erat debitus, cum hæres vel legatarius crederet simpliciter *Stichum* legatum esse, legatarius vel hæres post acceptum aut solutum Stichum possit, errore comperto, variare. 33. 5. 8.

V. C. c., art. 1002, *chap. II, sect. III, n.* 44, *sup. pag.* 62.

SECTION VI. — Du legs d'effets mobiliers.

I. Quid instrumentum. 33. 7. 1.

II. An sub eo etiam contineatur instrumentum instrumenti. 33. 7. 1.

III. Quid intersit inter legatum *fundi instructi*, et *fundi cum instrumento*. 33. 7. 2.

IV. Quæ sint instrumenta patrisfamilias, lanionis, pistoris, medici, pictoris, piscatoris, balneatoris, etc. 33. 7. 2.

V. Quæ sint instrumenta fundi, domûs, villæ, tabernæ, cauponæ, vineæ. 33. 7. 2.

VI. An villæ instrumento supellex contineatur. 33. 7. 2.

VII. An mola ad instrumenta ædium aut fundi pertineat. 33. 7. 2.

VIII. An cùm testator legavit *fundum instructum* vel *fundum et instrumentum*, vel *fundum cum instrumento*, et postea fundum alienavit, adhuc debeatur legatum *instrumentorum*, et qualium. 33. 7. 5.

IX. Qualia fundum sequantur, si simpliciter *fundus* legetur. 33. 7. 4.

X. Quid si legetur, ut optimus maximusque est. 33. 7. 4

XI. Quid sit supellex, et undè dicta. 33. 10. 1.

XII. De supellectile legatâ variæ quæstiones. — *V. C. civ., art.* 533.

XIII. Quid contineatur sub auro vel argento legato; an et numerata pecunia. 34. 2. 1.

XIV. Quid sub auro *infecto*. 34. 2. 1.

XV. Quid sub *facto*. 34. 2. 1.

XVI. Quid sub *veste factâ*; aut sub libris. 34. 2. 1.

XVII. De legato argento *escario, potorio, viatorio, balneari, signato*. 34. 2. 1.

XVIII. An sub argento *escario* legato etiam ea contineantur vasa, quibus edebat et potabat testator. 34. 2. 1.

XIX. Quid debeatur, et præstari possit, *certo pondere auri* vel argenti legato. 34. 2. 1.

XX. Quid si argenti facti certum pondus legetur. 34. 2. 1.

XXI. Cùm quis legat *aurum suum*, an contineatur quod est in credito, aut quod aurifici datum, ut is indè vas conficeret. 34. 2. 2

XXII. An, quod demum post conditum testamentum testatori quæsitum est. 34. 2. 2.

XXIII. An, quod testator non usûs sui, sed promercii causâ habuit. 34. 2. 2.

XXIV. An sub auro legato contineantur inaurata, electrum, aurichalcum. 34. 2. 5.

XXV. An vasa aurea, quæ sunt supellectilis, aut alterius generis, si supellex specialiter alteri legata non sit. 34. 2. 3.

XXVI. An et quando auro vel argento legato cedant emblemata alterius materiæ, gemmæ inclusæ aut margaritæ. 34. 2. 4

XXVII. Quando aurum cedat gemmis, quando gemmæ auro; et unde dijudicandum, utrum aurum accessio sit, an gemma. 34. 2. 4.

XXVIII. Quæ contineantur sub *mundo* legato. 34. 2. 5.

XXIX. Quid sit *ornamentum*; si mulier Cajæ ornamenta sua leget generaliter, et mandet certas ornamenti species tumulo inferri cum cadavere, nec hæ inferantur, an hæredi an magis Cajæ cedant. 34. 2. 5.

XXX. An legato ornamento cedant gemmæ postea adjectæ. 34. 2. 5.

XXXI. An debeantur quæ post legatum detractæ, et ad aliud ornamentum translatæ. 34. 2. 6.

XXXII. Ad adhuc tunc debeatur ornamentum diminutum. 34. 2. 5.

XXXIII. An ornamento cedant gemmæ necdum junctæ, sed quas testator jungere destinaverat. 34. 2. 6.

XXXIV. An sub *ornamentis* et illa quæ ex mandato quidem testatoris, sed demum post mortem ejus emta. 34. 2. 5.

XXXV. An rudes gemmæ, nulli ornamento junctæ aut destinatæ. 34. 2. 5.

XXXVI. Distinctæ sunt gemmæ a lapillis et margaritis. 34. 2. 5.

XXXVII. Si testatrix leget torquem suam margaritarum (*hare halspaerlen*) et postea majoris pretii torquem in usum suum acquirat, priorem que torquem alienet, aut in alios usus convertat, quid tunc ex legato debeatur. 34. 2. 7.

XXXVIII. Quæ veniant *vestis* appellatione, et quæ species ejus sint. 34. 2. 9.

XXXIX. Veste *virili legatâ*, an et illa muliebris debeatur, quâ testator tanquam virili usus est. 34. 2. 10.

XL. Et quid, si vestis virilis in stipulatum deducta sit. 34. 2. 16.

XLI. Quædam aliquando ad vestem, aliquando ad ornamenta pertinent. 34. 2. 10.

XLII. Quæ contineantur legato *vestis suæ* 34. 2. 11.

XLIII. An legatâ *veste* vel *lanâ purpureâ*, vel *iis quæ uxoris causâ parata*, debeantur empta post mortem testatoris. 34. 2. 11.

XLIV. Quid intersit, si legentur quæ uxoris causâ *parata sunt et parata erunt*. 43. 2. 11.

XLV. Quæ contineantur sub iis, *quæ uxoris causâ parata*. 34. 2. 11.

XLVI. Legatâ veste lugubri aut nuptiali, qualis debeatur. 34. 2. 11.

XLVII. *Statuis* legatis, quæ statuæ debeantur, quæ non. 34. 2. 12.

XLVIII. Quid debeatur, *statuis duabus marmoreis legatis et præterea omni marmore*, si adhuc aliæ statuæ marmoreæ sint. 34. 2. 12.

XLIX. Si testator jusserit, statuas poni in loco publico, nec adjecerit ex quâ materiâ, quales tunc ponendæ sint. 34. 2. 12.

SECTION VII. — Du legs d'aliments et de choses fongibles.

I. Quid sub *alimentis*, quid sub cibariis contineantur. 34. 1. 1.

II. Aliquando per alimenta denotentur sola cibaria. 34. 1. 1.

III. Legatis cibariis et vestiariis, plena alimenta videatur legata. 34. 1. 1.

IV. Qualia alimenta sint præstanda, si testator quantitatem aut modum non expresserit, sed generaliter alimenta reliquerit. 34. 1. 2.

V. An quis invitus teneatur alimenta legare liberis suis aut parentibus aut fratribus inopibus, aut uxori. 34. 1. 3.

VI. Recensentur singularia. An die feriato de alimentis cognosci. 34. 1. 4.

VII. An incapacibus relinqui. 34. 1. 4.

VIII. An de iis transigi. 34. 1. 4.

IX. An alimentorum utilitas alteri cedi. 34. 1. 4.

X. An per appellationem adjudicatorum alimentorum executio suspendi. 34. 1. 4.

XI. An ea sisti, seu arrestari; rescripto moratorio differri. 34. 1. 4.

XII. An debeantur si ea imperfectâ voluntate toto triennio sint præstita. 34. 1. 4.

XIII. An initio anni debeantur. 34. 1. 4.

XIV. Et an tunc reddendum, quod alendus non consumpsit, veluti vestes necdum attritæ. 34. 1. 4.

XV. Sæpius legata semel tantum debentur. 34. 1. 4.

XVI. Nec jus accrescendi hic est inter colegatarios. 34. 1. 4.

XVII. Ad *pubertatem* relicta vel *puero* relicta, vel ad *majorennitatem*, quamdiù debeantur. 34. 1. 4.

XVIII. An alimentorum legatum iisdem gaudeat privilegiis, quibus pia causa. 34. 1. 4.

XIX. Si pluribus alimenta legentur, an judices singulis hæredibus singulos alendos assignare possint. 34. 1. 5.

XX. An uni assignare sortem, ut is inde solus solvat alimenta. 34. 1. 5.

XXI. Quid intersit utrum testator id egerit an judex, circa sortis restitutionem post mortem alendorum. 34. 1. 5.

XXII. Si uni cognato res certas leget, et dein omnibus cognatis alimenta, an et ei debeantur alimenta, cui res certæ legatæ. 34. 1. 6.

XXIII. Si cognatis alimenta leget, an et ei qui cognatus non est, sed quem publicè cognatum appellavit, debeantur. 34. 1. 8.

XXIV. Debentur alimenta a tempore mortis testatoris, licet ministerium, ob quod relicta, necdum præstari possit, et durant ad mortem alendi, si testator non aliud disposuerit. 34. 1. 7.

XXV. Alimenta alicui relicta, *si cum matre moraretur*, etiam post mortem matris debentur alendo. 34. 1. 7.

XXVI. Non desinunt deberi post mortem ejus, qui oneratus est. 34. 1. 7.

XXVII. An non, si fructuarius legato alimentorum gravatus sit. 34. 1. 7.

XXVIII. Alia de legatis alimentorum. 34. 2. 8. — *V. C. c., art. 203 et seqq.; et suprà, chap. III, sect. II, du Legs des choses qui se payent par année, pag. 63.*

XXIX. Quæ contineantur sub penu legatâ, quæ non. 33. 9. 1.

XXX. Recensentur plura quæ tanquam accessoria penus præstanda sunt, uti et de quibus dubitetur. 33. 9. 2.

XXXI. Quid legatum videatur, si legetur *penus præter vinum* vel *potulenta penus*, vel *quæ est in promptuario*, vel *urbana penus*. 33. 9. 3.

XXXII. Vel *penus quæ Romæ est*, vel *omnis penus præter vinum quod Romæ est*. 33. 9. 3.

XXXIII. Legatâ penu intra certum tempus præstandâ, cum pœnæ adjectione in casum moræ, quamdiù hæres liberari possit penum dando. 33. 9. 4.

XXXIV. Quid juris, si annua penus legata sit, et in casum moræ pecunia. 33. 9. 4.

XXXV. Quid contineatur appellatione tritici. 33. 6. 1.

XXXVI. Quid appellatione *vini*. 33. 6. 1.

XXXVII. An et acetum, et quo sensu id dicatur *vini loco habitum* a patrefamilias. 33. 2. 1.

XXXVIII. Quid contineatur sub vino vetere. 33. 2. 1.

XXXIX. *Vino legato* debentur et vasa minora, quibus illud continetur; non utres, cullei, aut dolia majora. 33. 6. 2.

XL. *Vino cum vasis legato* an et illud debeatur quod in doliis est. 33. 2. 2.

XLI. Vino amphorario et dulcibus omnibus legatis, an dulcia debeantur quæ potionis non sunt. 33. 2. 9.

XLII. Legatis *vini mensuris certis*, an solæ mensuræ, an vinum ejus quantitatis legatum censeatur. 33. 2. 2.

XLIII. Quid debeatur si vinum simpliciter sine quantitatis et qualitatis adjectione legetur. 33. 6. 2.

XLIV. Quid si adjectâ qualitate, sed non quantitate. 33. 6. 3.

XLV. Quid si testator tunc nullum vinum reliquerit. 33. 6. 3.

XLVI. An vino omni legato debeatur et id quod testator promercii causâ habuit. 33. 6. 3.

XLVII. Si certa vini quantitas legetur sine expressione qualitatis, an debeatur, si non inveniatur in hæreditate. 33. 6. 3.

XLVIII. Et an hæredi an legatario competat electio ratione qualitatis. 33. 6. 3.

XLIX. Si certa vini aut tritici quantitas ex certo fundo legetur, et minus ibi nascatur, an nihilo minus tota quantitas debeatur. 33. 2. 4.

L. De legatis unguentorum et quæ contineantur sub unguentis. 34. 2. 2.

CHAPITRE IV. — *Des conditions, démonstrations, modes et causes.*

SECTION PREMIÈRE. — Des conditions ajoutées aux dispositions testamentaires.

I. Quibus negotiis conditiones adjici possint; quæ propriè, quæ impropriè conditiones sint. 28. 7. 1.

II. Quid juris si testator scribat *se hæredem instituere secundum conditiones infrà scriptas*, et nullas subjiciat. 26. 7. 2.

III. Quid si quis conditionem destinaverit institutioni nec tamen addiderit. 28. 7. 2.

IV. Quid si conditio adscripta inveniatur quam testator adscriptam nollet. 28. 7. 2.

V. Quid juris si testator hæredem primo purè, dein sub conditione instituat, aut vice versâ. 28. 7. 2.

VI. Conditiones tacitè subauditæ ex ipsâ rei naturâ non faciunt dispositionem conditionalem, nec impediunt transmissionem ad hæredes. 28. 7. 3.

VII. Si tales conditiones quæ insunt ex naturâ rei, per testatorem expressæ fuerint, an non tunc faciant dispositionem conditionalem. 28. 7. 3.

VIII. Conditiones tacitè subauditæ ex probabili mente testatoris dispositionem faciunt conditionalem, perinde ac si expressæ essent; quod exemplis docetur. 28. 7. 4.

IX. Quando conditio institutioni addita, repetita censeatur in substitutione; et quando generaliter in priore testamenti dispositione positæ conditiones tacitè repetitæ intelligantur in postea dispositis. 28. 7. 4.

X. Quæ conditiones dividuæ sint, ut pro parte recte impleri possint, quæ individuæ, sive unus sive plures conditione gravati sint, sive in unâ sive in pluribus personis conditio implenda sit, sive in dando sive in faciendo, consistat. 28. 7. 2.

XI. Si conditio in non faciendo consistens ultimis voluntatibus adjecta sit, cautione Mutianæ locus est, et relicta statim percipi possunt; secùs in actibus inter vivos. 28. 7. 2.

XII. An testator hanc cautionem remittere possit. 26. 7. 2.

XIII. Quando Mutiana cautio in ultimis voluntatibus non admittatur, sed conditionis

XXX. An adversus sententiam et omissam appellationem, vel supplicationem, si ea lata ab illo qui vice sacrâ judicavit. 4. 4. 32.

XXXI. An et contra interlocutoriam. 4. 4. 38.

XXXII. An si viduus aut vidua massaria succubuerit in lite, sibi cum liberis minorennibus conjugis prædefuncti communi; minores hodie contra talem sententiam restitui possint. 4. 4. 33.

XXXIII. An restitui possit adversus omissam pœnæ persecutionem. 4. 4. 45.

XXXIV. An contra tutelam quam minor suscepit simulans se esse majorem. 26. 1. 4

XXXV. An restituitur minor pro majorenne habitus tempore contractûs vel per nuptias, vel per impetratam veniam ætatis. 4. 4. 43.

XXXVI. Non restituitur minor si jure communi usus sit, damnum sentiat ex contractu patris vel alterius, cui hæres fuit. 4. 4. 40.

XXXVII. Non restituitur minor adversus dationem libertatis, pœnarum aut accusationis remissionem. 4. 4. 45.

XXXVIII. Non etiam contra suos contractus juratos. An *auth. sacramenta* puberum C. si advers. vend. pertineat ad impuberes jurantes. 4. 4. 49.

XXXIX. An ad contractus puberum qui ipso jure nulli sunt, et an puberes jurantes careant propterea actione metûs, doli, et similibus. 4. 4. 47.

XL. Moribus hodiernis evanuit passim *auth. sacramenta puberum* C. si adversus venditionem. 4. 4. 48.

XLI. Cessat restitutio tanquam super vacna in casibus quibus minores ipso jure tuti sunt. Esplicatur *l.* 101, *ff. de verb. obl.* 4. 4. 52.

XLII. An minor restitui possit si alia actio ordinaria ei supersit; per distinctiones explicatur et exemplis illustratur. 4. 4. 53.

XLIII. An restitutio competat particularibus minoris successoribus, puta legatariis aliis donatariis, emptoribus. 4. 4. 40.

XLIV. An competut extraneis qui cum minore negotium damnosum gesserunt. 4. 4. 41.

XLV. An competat iis qui minori quid gerendum mandarunt. 4. 4. 41.

XLVI. Aliæ causæ sunt restitutionis, quæ et majorennibus et minoribus sunt communes. 4. 4. 34.

V. tit. V, du Mariage, Pr. gén., n. 20. — *Art.* 1235, *sect. I, n.* 3.

§ II.

Contre qui l'action est exercée.

I. Contra quos minor restituatur. 4. 4. 35.

II. An contra mulierem Velejano filiumfamilias Macedoniano tutam. 4. 4. 35.

III. An contra ullum minorem. 4. 4. 35.

IV. An contra tertium rerum amissarum aut omissarum possessorem. 4. 4. 35.

V. Necesse est vocari omnes illos quibus aliquid decessurum factâ restitutione. 4. 4. 36.

V. C. c., art. 1304, *Pr. gén., n.* 17. 16.

Quand cesse la restitution.

1306. — Restitutio cessat si minor sentiat damnum casu fortuito, veluti incendio consumptis ædibus hæreditariis atque ita damnosa facta sit hæreditas. 4. 4. 49.

1307. — I. Cessat restitutio si quis se dolo majorem dixerit, vel non vanâ opinione pro tali sit habitus, nisi adversarius sciverit minorem esse. 4. 4. 43. — 27. 9. 13.

II. Cujus scientiæ probatio minori restitutionem petenti incumbit. 4. 4. 43.

V. art. 1305.

1308. — I. Non restituendi minores mercatores si capti in suâ negotiatione. 4. 4. 51.

II. Qui propriè censeantur mercaturam profiteri. 4. 4. 51.

III. Quid si femina minor vel nupta vel innupta publica mercatrix fuerit, et ita contrahens læsa sit. 4. 4. 41.

IV. Non restituendi sunt minores læsi dum errabant in arte quam profitebantur. 4. 4. 50.

V. An jurisconsultus minor si errans in jure damnum senserit. 4. 4. 50.

V. art. 430.

Du mariage des mineurs et de leurs conventions matrimoniales.

1309. — I. Quatenus quisque pro statutorum diversitate per nuptias majorennis fit restitui ex ætatis auxilio non potest. 4. 4. 7.

II. Secundum jus romanum, minor restituebatur adversus dotem constitutam. 4. 4. 18. — 27. 9. 3.

III. Quid moribus. 4. 4. 18.

IV. Restitutionis beneficium non impetrabat adversus doarium seu dotalitium immoderatum. 4. 4. 19.

V. An contra immoderatum sponsalitiam largitatem. 4. 4. 19. — 27. 9. 3.

VI. Quid moribus. 4. 4. 19.

VII. An restitutio concedatur adversus renuntiationem hæreditatis quam acceptâ dote minus congrua fecit puella minorennis. 4. 4. 25.

VIII. Non restituendi minores adversus matrimonium. 4. 4. 45.

La restitution cesse en matière de délits et quasi-délits.

1310. — I. Minor non restituitur adversus delicta dolo aut culpâ commissa. 4. 4. 45.

II. An restituatur contra alia ex delicto descendentia. 4. 4. 45.

III. Obligatio ex delicto nascitur sine tutoris auctoritate. 26. 9. 9.

IV. An adversus inficiationes ex quibus lis in duplum crescit. 4. 4. 45.

Elle cesse par la ratification.

1311. — I. Cessat restitutio si minor major factus ratu habuerit in minorennitate gesta; minor tunc incipit civiliter obligari. 4. 4. 44. — 26. 9. 4.

II. Hæc regula pertinet etiam ad donationem in minorennitate factam. 39. 5. 9.

III. Ratihabitio est expressa vel tacita. 4. 4. 44.

IV. Quibus modis fiat ratihabitio. Quibus non? exemplis declaratur. 4. 4. 44.

V. Confirmatur alienatio sine decreto facta, si minor major factus eam ratam habeat. 27. 9. 14.

VI. Tacitè ratum habet pupillus qui pretium rei suæ sine decreto venditæ ab ipso emptore item lapsu certi temporis post majorennitatem. 27. 9. 14.

VII. An ratihabitio impediat remedium L. 2. C. *de rescind. vend.* 27. 9. 14.

VIII. An confirmetur facta sine decreto, si pupillus tutori sine decreto alienanti hæres extiterit. 27. 9. 14.

Des effets des restitutions en général.

1312. — I. Quis sit effectus restitutionis in integrum; probatur non esse judicium duplex rescindens et rescissorium qualiscumque fuerit causa restitutionis. 4. 1. 21.

II. Restituendi cum re etiam fructus. 4. 1. 22.

III. Et vicissim is contra quem restitutio fit indemnis servandus est, quâ occasione de recuperandis impensis redintegrandis actionibus. 4. 1. 22

IV. Quales actiones ei contra quem restitutio fit, non redintegrentur. 4. 1. 22.

V. An restitutione adversus emptionem pro parte impetratâ, adversarius a totâ possit emptione recedere. 4. 1. 22.

VI. An impetratâ restitutione adversus sententiam, ea quoque infirma sit, quatenus damnosa fuit ei contra quem restitutio facta est. 4. 1. 23.

VII. Restitutio facta strictam recipit interpretationem. 4. 1. 24.

VIII. An minor, qui mutui accepti nomine usuras solverat, adversus mutuum restitutus usuras solutas repetere possit, si in restitutione mentio usurarum facta non sit. 4. 1. 24.

IX. An pendente petitione restitutionis, sententia vel negotium contra quod ea petitur executioni dari possit. 4. 1. 25.

X. Quid moribus obtineat. 4. 1. 25.

XI. Minor restitutus rem recuperat. 4. 4. 27.

XII. An fructus rei an usuras pretii vel mutui. 4. 4. 27.

XIII. An et quousque minor pretium reddere debeat si adversus venditionem rerum suarum restituatur. 4. 4. 36.

XIV. Si minori solutum sit, non ultra debitori contingit liberatio quam quatenus locupletior ex eâ solutione minor apparet. 4. 4. 22.

XV. Onus probandi imponendum videtur ei adversus quem datur restitutio. 4. 4. 26.

XVI. Qui sint effectus restitutionis adversus aditionem hæreditatis, cùm res non sint adhuc integra, veluti post solutionem creditorum legatorum, etc. 4. 4. 26.

XVII. Restitutione pro parte impetratâ adversus emptorem adversarius potest a totâ venditione recedere. 4. 4. 41.

XVIII. Restitutio minori concessa prodest etiam hæredibus ejus, qui etiam eam ex capite minoris rectè petunt etiam adversus immixtionem quâ minor se paternæ miscuerat hæreditati. 4. 4. 36.

XIX. Singulare jus in exceptione non numeratæ dotis notatur. 4. 4. 38.

XX. An et quando prosit fidejussoribus minoris. 4. 4. 39.

XXI. An etiam prodesse possit fidejussori, qui minori pro quo fidejusserat hæres extitit. 4. 4. 39.

XXII. An etiam prosit aut competat particularibus minoris successoribus, puta legatariis, donatariis, emptoribus. 4. 4. 40.

XXIII. Non prodest nec competit extraneis, nec iis qui minori quid gerendum mandarunt. 4. 4. 41.

XXIV. Nec fratribus majorennibus, si hi cum minorennibus damnosam adierint hæreditatem, aut negotium gesserint damnosum, nisi illud individuum sit. 4. 4. 41.

XXV. An restitutio filiofamilias concessa prodesse possit patri. 4. 4. 42.

De la restitution des majeurs.

1313. — I. Ex justâ causâ restituuntur

majores si læsi et circumventi sint. 4. 1. n. 1 et seqq. — *V. Pr. gén., hoc tit., n. 15 et seqq.*

II. Aliæ causæ justæ restitutionis in integrum sunt, metus, dolus, capitis diminutio, absentia, alienatio judicii mutandi causâ, justus error. 4. 1. 26.

III. Absentia tanquam causa restitutionis exploratur, et variæ quæstiones tractantur. 4. 2. n. 1 et seqq.

IV. De generali clausulâ edicti, *aut si quæ alia mihi causa justa videbitur*, etc ; facilius hodie quam apud Romanos majoribus dantur restitutiones. 4. 6. n. 8 et seqq.

V. Ignorantia aliquando causam restitutionis præbebat aliquando non ; materia et quæstiones tractantur. 4. 2. n. 12 et seqq.

VI. De alienatione judicii mutandi causâ ex quâ oritur restitutio. 4. 7. n. 1 et 2.

VII. An succurratur majoribus læsis, dum in dolo vel delicto versabantur ; vel nimio licitandi calore in publicâ auctione. 4. 2. 20.

VIII. De capitis diminutione tanquam restitutionis causa explicatur. 4. 5. n. 1 et seqq.

IX. Vellejano senatusconsulto cautum ne feminæ pro ullo intercederent, non ipso jure sed ope exceptionis tutæ erant mulieres. Materia exploratur et quæstiones quæ ex eâ nascuntur. 16. 1. n. 1. et seqq.

De l'aliénation d'immeubles des mineurs ou interdits, et du partage de successions qui les intéressent.

1314. — I. An minor restitui possit adversus venditionem suarum rerum, quam ipse fecit ex decreto magistratûs. 4. 4. 15. — 27. 9. 11. — *V. C.c., art.457, n. 31 et seqq. — Art. 460*

II. Quid juris si tertius rem minoris vendiderit et tradiderit præmissis edictis publicis et solemni judicis decreto ; an tunc minor restitutus rem vindicare possit. 4. 4. 12.

III. An et ratâ manente venditione pretium petere possit ab iis quibus illud cessit, veluti a creditoribus venditoris. 4. 4. 18.

IV. An minor restituendus sit adversus venditionem rerum suarum jure pignori obligatarum, sive conventionali, sive legali, sive prætoria, sive judiciali pignore, et per creditores aut in eorum utilitatem distractarum ; explicatur per distinctiones ex jure romano. 4. 4. 17.

V. Quid moribus nostris obtineat. 4. 4. 17.

VI. An cesset restitutio, si emptor rei ad minorem pertinentis supplere minori velit id quod justo pretio deest. 4. 4. 54.

VII. An minor restituatur adversus hæreditatis divisionem. 4. 4. 22. — 10. 2. 15.

VIII. An restituatur adversus assignationem bonorum parentis defuncti per superstitem in rebus aut rerum pretiis factam. 4. 4. 20.

CHAPITRE VI. — *De la preuve des obligations et de celle du payement.*

Principes généraux. Questions diverses sur la preuve.

I. Quid sit probatio. 22. 3. 1.

II. Quid argumenta artificialia seu insita, et inartificialia seu assumpta. 22. 3. 1.

III. Probatio vel ordinaria est vel extraordinaria; ad extraordinariam etiam pertinet ocularis inspectio. 22. 3. 2.

IV. Est vel plena vel minus plena : quid sit utraque. 22. 3. 3.

V. Multum ab arbitrio judicis dependet quousque probatio fidem faciat. 22. 3. 3.

VI. An et quousque fama et rumores fidem faciant. 22. 3. 3.

VII. An fuga semi-plenè probet. 22. 3. 5.

VIII. De probatione seu purgatione vulgari per ferrum candens, duellum, etc. 22. 3. 6.

IX. De assertione vulnerati vulnerantem excusantis vel accusantis. 22. 3. 7.

X. De inscriptionibus et titulis et signis rei impositis. De unius testis depositione. 22. 3. 7.

XI. Omnes probationes plenæ fieri possunt minus plenæ. 22. 3. 7.

XII. Probanda facta dubia non notoria. Quid sit notorium. Quando jura probanda sint. 22. 3 8.

XIII. Probat actor ; sæpe reus quoties graviores militant contra eum præsumptiones, vel ipse offert probationem. 22. 3. 9.

XIV. An et quando is qui negat onere probandi gravetur. 22. 3. 10.

XV. Probare tenetur qui non possidet. 22. 3. 11.

XVI. Probandum intra tempora a judice vel lege præfinita. 22. 3. 12.

XVII. An illa tempora sint continua. 22. 3. 12.

XVIII. An ante litem contestatam probari possit. 22. 3. 12.

XIX. An operetur aliquid productio instrumenti facta ante litem contestatam. 22. 3. 12.

XX. De testibus examinandis ante litem contestatam, si mortis aut absentiæ metus immineat. 22. 3. 12.

XXI. Non etiam rectè fit probatio post conclusionem in causâ. 22. 3. 13.

XXII. Quid juris si ex uno latere tantum in causâ conclusum sit. 22. 3. 13.

XXIII. An post conclusionem in causâ produci possit authenticum cujus exemplum ante productum fuerat. 22. 3. 13.

XXIV. An, mediante restitutione post conclusionem in causâ, probatio nova fieri possit. 22. 3. 13.

XXV. An judex ex officio novam probationem injungere possit. 22. 3. 13.

XXVI. Venditor emptori, emptor venditori edere debet instrumentum venditionis ab alterutro fortè emissum. 2 13. 23.

XXVII. Scriptura non ad substantiam sed ad probationem contractûs pertinet. 6. 3. 5.

XXVIII. Probatio solutionis per testes aut scripturam, aut jurejurando, aut confessione fit. 46 3. 15.

V. infrà, Pr. gén. — Tit. V, du Mariage, Pr. gén., n. 12. — Art. 383, n. 5 et 6.

1315. — I. Excipiens de solutione factâ intentionis suæ veritatem probare debet. 46. 3. 1.

II. An non probans condemnandus sit. 42. 3. 1. — 22. 3. 1.

III. Quibus modis probetur solutio jure civili ac hodierno. 46. 3. 13.

V. suprà, Pr. gén., et infrà, sect. I et seqq.

1316. — *V. infrà, hoc cap., sect. I, II, III, IV et V.*

SECTION PREMIÈRE. — DE LA PREUVE LITTÉRALE.

Principes généraux. Questions diverses.

I. Probatio per instrumenta ad probationes ordinarias pertinet. 22. 3. 2.

II. Quid sint instrumenta ; an et in criminalibus possint fidem facere. 22. 4. 1. Instrumenta sunt publica vel privata. 22. 4 2.

III. Quæ sit vis apochæ et vulgo *quitantiæ*. 46. 3. 15.

IV. Quid sit effectus apochæ generalis. 46. 3. 15.

V. Quomodo avertatur fides instrumentorum. 22. 4. 14.

VI. Quid si is qui obligatus dicitur probet se tunc alibi fuisse. 22. 4. 14.

VII. Quid si testes adhibiti in instrumento omnes jurata deponant aliter negotium gestum fuisse. 22. 4. 14.

VIII. Quid si omnes negent se præsentes fuisse. 22. 4. 14.

IX. Quid si instrumentum simulata contineat. 22. 4. 14.

X. Quid si scripturæ diversæ sibi contrariæ ab unâ parte producantur. 22. 4. 14.

XI. Quid si ab actore et reo producuntur instrumenta sibi invicem directò contraria. 22. 4. 15.

XII. Quid si ex pluribus testibus pauciores instrumento contradicant, aut sigillum suum non agnoscant. 22 4. 15.

XIII. Quid si instrumentum sit cancellatum, deletum aut margini ejus quid adscriptum. 22. 4. 15. — 42. 3. 13.

XIV. Quid si ipse tabellio fateatur se falsa in instrumenta scripsisse. 22. 4. 18.

XV. An uno instrumento tabellionis falso pronunciato, etiam reliqua ab eo scripta pro falsis habenda. 22. 4. 19.

XVI. Si pars una instrumenti falsa probetur, an et altera falsa censeri debeat. 22. 4. 16

XVII. An instrumentum invalidum si non contineat causam debiti. 22. 4. 17.

XVIII. An quis possit instrumentum quod pro se produxit reprobare, si et adversarius eo uti velit. 22. 4. 18.

XIX. Et an quis instrumentum a se productum possit liti eximere invito adversario. 22 4. 19.

XX. An liber rationom etiam cootra producentem possit fidem facere. 22. 4. 12.

XXI. An amissio instrumenti noceat, si aliter res gesta probari possit. 22. 4. 12.

XXII. Et quid si instrumentum ex conventiooe vel statuto sit necessarium. 22. 4. 12.

XXIII. An semper prosit jurejurando asserere, se nec possidere nec dolo desiisse possidere instrumentum de cujus exhibitione convenitur, quove ipse fuisset usurus. 22. 4. 21.

XXIV. An, si de debito constet, debitor solutionem droegare possit sub eo pretextu, quod chirographum amissom ei reddi nequit. 22. 4. 22.

XXV. Ao creditor debitorem cogere possit ut loco amissi chirographi aliud det, ubi de debito constat. 22. 4. 23.

V. suprà, chap. V I, Pr. gén., hoc tit., et sect. II, n. 5.— Art. 1892, *n.* 4.

—

§ Ier.

Du titre authentique.

Principes généraux. Questions diverses.

I. Quid sint iostrumenta publica quæ auctoritate publicâ conficiuntur. Acta publica non suot ex locis ubi asservari solent transferenda. 22. 4. 2.

II. De instrumentis quasi publicis trium testium subscriptione munitis. 22. 4. 9.

III. De instrumentis confectis per actuarios consulum nationis Belgicæ negotiantis in locis peregrinis. 22. 4. 6.

IV. De libro auctionarii publici. 22. 4. 9

V. De actis collegiorum, civitatum, ecclesiarum. 22. 4. 9.

VI Instrumenta *guarentigiata* apud nos non obtinent. 22. 4. 9.

VII. Ubi protocolla tabellionum post eorum obitum sint asservanda. 22. 4. 20.

VIII. Si ob neglectas a tabellione solemnitates, instrumentum sit nullom, tabellio læsis tenetur ad id quod interest. 22. 4. 5.

IX. An gesta apud tabellionem putativum vel creatum quidem, sed impedimento legali laborantem, valeant, necne. 1. 14. 2.

V. suprà, sect. I, Pr. gén.

Définition et formalités du titre authentique.

1317.— I. De instrumentis publicis a tabellione confectis. 22. 4. 3.

II. Quæ eorum requisita ex jure romano. 22. 4. 3.

III. Quæ ex moribus hodiernis. 22. 4. 5.

IV. De protocollo per tabellionem habendo. 22. 4. 3.

V. An propriâ tabellionis manu scribi debeat. 22. 4. 3.

VI. An instrumentum sit nullum si tabellio protocollum facere neglexerit. 22. 4. 5.

VII Debet tabellio aut testes novisse eos qui contrahunt aut testantur. 22. 4. 3.

VIII. Tabellio debet esse legitimè creatus et admissus. 22. 4. 4.

IX. Quid si scribat extra territorium principis a quo constitutus, vel extra locum in quo admissus. 22. 4. 4. — 1. 14. 7.

X. Quid si sit putativus tantum. 22. 4. 4

XI. An tabellio sibi aut suis adscribere aut alios obligare possit. 22. 4. 5.

XII. An pater tabellio filii testamentum excipere, et vice versâ. 22. 4. 5.

1318. — *V. art.* 1317.

De l'effet et de l'autorité de l'acte authentique.

1319. 1320. — I. Quæ instrumenti publici vis sit. 22. 4. 7.

II. An instrumentom legitimè a tabellione factum ubique fidem faciat. 22. 4. 4.

III. An et in locis ubi tabellionum usus non est. 22. 4. 4.

IV. Quibus in casibus tabellio non majorem fidem faciat quam alius privatus. 22. 4. 5.

V. Quid si gestis præsens non fuerit. 22. 4. 5.

VI. Quæ fides ejus quatenus de sanâ mente testatoris aut aliis similibus testatur. 22. 4. 5.

VII. An contra tertium vel pro tertio probet instrumentum publicum. 22. 4. 8.

VIII. An non saltem in antiquis. 22. 4. 9.

IX. An probet quatenus habet relationem alterius instrumenti. 22. 4. 9.

X. Quomodo firmetur fides instrumenti publici, quod ex longinquis regionibus adducitur. 22. 4. 8.

1321.

—

§ II.

De l'acte sous seing privé.

Principes généraux. Questions diverses.

I. Quid sit instrumentum privatum. 22. 4. 10.

II. Est vel obligatorium vel liberatorium. 22. 4. 10.

III. Ubi et de apochis et antapochis ac harum usu. 22. 4. 10.

IV. An instrumentum privatum si scriptom sit ab aliquo, sed non subscriptum, probet contra eum. 22. 4. 11.

V. Quando chirographum juris interpretatione pro agnito habeatur. 12. 1. 26.

Des effets de l'acte sous seing privé.

1322. — I. Privatum instrumentom contra scribentem plenè probat, si agnitum. 22. 4. 11. — 12. 1. 26.

II. Contra tertium vel pro tertio non probat instrumentum privatum; nec pro scribente. 22. 4. 12.

1323. — De agnitione chirographi per viduam scribentis, aut hæredes ejus, aut in officio successores facienda. 12. 1. 26.

1324. — I. Si quis neget se scripsisse et mendacii convincatur, quomodo puniatur. 22. 4. 11.

II. An ex solâ litterarum collatione possit mendacii convinci. 22. 4. 11.

1325. — 1328.

Des registres des marchands.

1329. 1330. — I. An et quando et in quibus casibus libri mercatorom et ephemerides eorum probent. 22. 4. 12.

II. An probent pro tertio. 22. 4. 12.

III. Et quid si unus ex mercatoribus sociis rationes nomine omnium scripserit. 22. 4. 12.

Des registres et papiers domestiques.

1331. — I. Domestica adnotatio aut rationes pro scribente fidem non faciunt. 22. 4. 12.

II. Quam fidem mereantur libri advocatorum et procuratorum de salariis sibi debitis. 22. 4. 13.

III. Quid in libris publicanorum; in rationibus sociorum. 22. 4. 13.

IV. An liber rationum etiam contra producentem possit fidem facere. 22. 4. 18.

1332. — Quid si instrumenti margini quid adscriptum sit. 22. 4. 15.

—

§ III.

Des tailles.

1333. — Quid juris in notatis lignis diffissis, volgo *kerf-stocken*. 22. 4. 15.

—

§ IV.

Des copies de titres.

Principes généraux.

I. Regulariter exemplo instrumenti publici non creditur. 22. 4. 7.

II. Quando tamen credatur. 22. 4. 7.

III. Quid si protocollum perierit, sed extet exemplum ab eodem tabellione eum authentico collatom et subscriptum. 22. 4. 7.

1334. 1336. — *V. suprà, Pr. gén ; § IV, n.* 1 *et seqq.*

—

§ V.

Des actes récognitifs et confirmatifs.

1337.

1338. — I. Restitutio minoris cessat si major factus rata habuerit in minorennitate gesta expressè vel tacitè. 4. 4. 44. — 27. 9. 14

II. Quibus modis tacita fiat ratihabitio, quibus non ; exemplis declaratur. 4. 4. 44.

III. Confirmatur alienatio sine decreto facta si minor major factus eam ratam habeat. 27. 9. 14.

IV. Tacitè ratum habet, qui pretium a tutore exigit, aut ab ipso emptore, item lapsu certi temporis post majorennitatem. 27. 9. 14.

V. An ratihabitio impediat remedium *l. 2. C., de rescindenda venditione*. 27. 9. 14.

VI. An confirmetur alienatio facta sine decreto si pupillus tutori sine decreto alienanti hæres extiterit. 27. 9. 14.

V. art. 1311.

1339. 1340. — Quid de donatione factâ a minore cum major factus ratam habuerit. 39. 5. 9.

SECTION II. — DE LA PREUVE TESTIMONIALE.

Principes généraux.

I. Probatio per testes ad probationes ordinarias refertur. 22. 3. 2.

II. An et quando instrumenta testibus potiora sint. 22. 5. 1.

III. Ubi lex precisè scripturam requirit; an depositio quinque testium suppleat scripturæ defectum. 22. 3. 1.

IV. Qui sint testes. 22. 5. 2.

V. Quo tempore debeant esse idonei. 22. 5. 2.

VI. De unius testis depositione. 22. 3. 7.

VII. Materia et quæstiones diversæ tractatæ. — *V. C. proc., des Enquêtes. — Suprà, Pr. gén., chap. VI, n. 1 et seqq.*

1341. 1342. — *V. suprà, sect. I, Pr. gén., n. 7 et seqq.; et sect. II, Pr. gén. — Art.* 1892, *n.* 3.

1343. 1346. — *V. suprà, Pr. gén.*

1347. 1348. — *V. suprà, Pr. gén.*

SECTION III. — DES PRÉSOMPTIONS.

1349. — Quid sit præsumptio; quotuplex. 22. 3. 14.

§ Ier.

Des présomptions établies par la loi.

Principes généraux.

I. Quid sint fictiones juris et in quo distent a præsumptionibus. 22. 3. 19.

II. Quid sit simulatio, et in quo distat a fictione juris. 22. 3. 20.

III. Qui scripserint de juris præsumptionibus. 22. 3. 15.

V. C. c., art. 1352, *n.* 1 *et seqq.*

1350. — I. Quid sit præsumptio juris. 22. 3. 15.

II. Exempla ejus enumerantur. 22. 3. 15.

III. Præsumptio juris levior pellitur per præsumptionem contrariam graviorem, quod exemplis docetur. 22. 3. 15.

IV. Quid sit præsumptio juris et de jure et quæ exempla ejus. 22. 3. 16.

V. Præsumptiones plerumque desumuntur ex eo quod frequenter accidit, quandoque tamen etiam ex eo quod rarò contingit. 22. 3. 17.

VI. An ex præsumptionibus juris sententia ferri possit et reus condemnari in civilibus et criminalibus causis. 22. 3. 12.

V. C. c., art. 720.

De la chose jugée.

1351. — I. Quid sit res judicata. 42. 1. 1.

II. Res judicata quandoque denotat ipsam sententiam, quandoque effectum sententiæ. 42. 1. 2.

III. Quid tunc intersit inter sententiam et rem judicatam. 42. 1. 2.

IV. Res judicata pro veritate habetur, inter litigantes jus facit, sed aliis nec prodest nec nocet. 42. 1. 29.

V. An reus executionem patiens vindicare possit immobilia ab apparitore pignori capta, quorum venditioni tertius se opposuit ut dominus et obtinuit. 42. 1. 29.

VI. Quibus in casibus res inter alios judicata aliis noceat. 42. 1. 22.

VII. Quæ sint exceptiones litis finitæ. 44. 2. 1.

VIII. Quid sit exceptio *rei judicatæ*, et in quibus judiciis locum habeat, ac cui detur. 44. 2. 1.

IX. An et reo condemnato, si partem judicati solverit, de parte aliâ novo judicio conveniatur. 44. 2. 1.

X. Non inquiritur, an jure, sed tantum an judicatum sit. 44. 2. 1.

XI. An sententia non tollat obligationem ipso jure. 44. 2. 2.

XII. Quæ requisita concurrere debeant ut huic exceptioni locus sit. 44. 2. 3.

XIII. Quando intelligatur *eadem res* peti, vel non, plurimis exemplis illustratur et conciliatur *L. 7, pr., cum suo §§ 2 et 3.*—44. 2. 3.

XIV. Quando censeatur iterum peti ex eâdem causâ. 44. 2. 4.

XV. Peti potest aliâ actione, et tamen eadem petendi causa sit; et peti actione eâdem ut tamen causa diversa sit. 44. 2. 4.

XVI. Quid intersit inter actiones in personam et in rem circa expressam aut non expressam specialem petendi causam. 44. 2. 4.

XVII. Qui repulsus fuit in actione restitutionis potest iterum ex aliâ causâ restitutionem petere. 4. 1. 14.

XVIII. An iterum petere possit, qui semel repulsam est passus ex eâdem causâ. 4. 1. 14.

XIX. Quales personæ civiliter intelligantur eædem esse, multis exemplis docetur. 44. 2. 3.

XX. An sententia pro autore lata, vel contra eum prosit aut noceat emptori. 44. 2. 5.

XXI. An pro emptore vel contra eum lata, prosit aut noceat auctori. 44. 2. 3.

XXII. An exceptio rei judicatæ opposita ad impediendum litis ingressum, et rejecta, iterum postea opponi possit ut alia quævis peremptoria. 44. 2. 3.

XXIII. An reus hâc exceptione uti possit, si eâ non oppositâ, vel oppositâ quidem sed rejectâ, condemnatus sit. 44. 2. 2.

XXIV. An libellus supplex semel curiæ oblatus, iteratò offerri possit eidem curiæ, vel superiori, vel inferiori, si ad eum primâ vice oblatum, nihil aut non ex voto rescriptum sit. 44. 2. 3.

XXV. Lis per judicem definita potest summo jure rursus apud alium ventilari judicem et actio rursus intentari, exceptioni rei judicatæ renunciando. 2. 1. 26.

1352. — *V. C. c., art.* 1350.

1353. — I. Quid sit præsumptio hominis. 22. 3. 14.

II. Quam vim hæc præsumptio habeat. 22. 3. 14.

§ II.

Des présomptions qui ne sont point établies par la loi.

V. Pr. gén., hoc tit. p.

SECTION IV. — DE L'AVEU DE LA PARTIE.

Principes généraux. Questions diverses.

I. Confessio ad probationes extraordinarias pertinet. 22. 3. 2.

II. Quid sit confessio; cur inventa et quotuplex. 42. 2. 1.

III. Quid sit tacita confessio; ex quibus colligatur. 42. 2. 1.

IV. An et ex silentio vel fugâ, aut oppositione solutionis, compensationis, exceptionis colligi possit. 42. 2. 1.

1354. — Confessio est vel judicialis, vel extrajudicialis. 42. 2. 2.

De l'aveu extrajudiciaire.

1355. — I. De confessione extrajudiciali et ejus effectu. 42. 2. 8.

II. Quid si confessio extrajudicialis sit geminata. 42. 2. 3.

III. Quid si in scriptis facta. 42. 2. 8.

IV. Quid si coram adversario et testibus confessio extrajudicialis sit emissa. 42. 2. 2.

V. Quid si coram quinque testibus creditor confessus sit sibi solutum esse debitum quod chirographo comprehensum. 42. 2. 8.

VI. An probatâ confessione extrajudiciali judex possit jusjurandum deferre. 42. 2. 3.

VII. An unius testis depositio cum probatâ confessione extrajudiciali plenam fidem faciat. 42. 2. 3.

VIII. De confessione in testamento facta et ejus viribus, per varios casus discussio. 42. 2. 2.

IX. Quid si quis asserat in testamento sibi deberi. 42. 2. 9.

De l'aveu judiciaire.

1356. — I. Quid sit confessio judicialis. 42. 2. 2.

II. Quid si illa facta sit apud judicem incompetentem. 42. 2. 2.

III. Quæ requisita sint ut confessio effectum sortiri possit. 42. 2. 2.

IV. Quid si confiteatur se occidisse cùm non constaret de cæde seu corpore delicti. 42. 2. 2.

V. Quid si fateatur se debere rem quæ non est amplius in rerum naturâ. 42. 2. 2.

VI. Quid si fateatur se certam debere quantitatem sed absque expressione causæ. 42. 2. 2.

VII. Quid si fateatur ad obscurum libellum, aut quodam nullitatis vitio lis laboret. 42. 2. 2.

VIII. Necesse ut de suo, non alieno facto, fateatur contra se. 42. 2. 3.

IX. Confessio hæredis cohæredi nequidem noceat. 42. 2. 3.

X. Necesse est ut fateatur ex liberâ voluntate, non vi, metu, fervore iracundiæ. 42. 2. 3.

XI. Quid si errore sive facti, sive juris fateatur. 42. 2. n. 3 et 7.

XII. Quid si probare nequeat se errore facti confessum esse. 42. 2. 2.

XIII. Confessio debet esse certa; obscura interpretatio an fiat contra confessum. 42. 2. 4.

XIV. Quid juris si pupillus, minor, aut qui impetravit ætatis veniam, aut tutor, curator, procurator fateatur, et cui noceat. 42. 2. 4.

XV. An et quando cliens advocati confessionem erroneam corrigere possit jure civili ac moribus. 42. 2. 4.

XVI. An procurator ipse petere possit se restitui contra suam confessionem. 42. 2. 4.

XVII. Confessio acceptanda per adversarium præsentem aut procuratorem ejus. 42. 2. 5.

XVIII. An adversarius confessionem qualificatam dividere possit, et pro parte acceptare, pro parte rejicere, in civilibus et criminalibus; distinctione explicatur. 42. 2. 5.

XIX. Quis sit effectus confessionis judicialis. 42. 2. 2.

XX. An ad eam sequi debeat condemnatio in civilibus et criminalibus. 42. 2. 2.

XXI. An judex possit condemnare in aliud quam quod confessione comprehensum. 42. 2. 2.

XXII. An et quales induciæ confesso competant, aut arbitrio judicis concedi possint. 42. 2. 6.

XXIII. An confessio in uno judicio facta probet in alio judicio. 42. 2. 7.

XXIV. An in uno judicio facta confessio probet id quod quis ut testis in judicio alterius deposuit. 42. 2. 7.

XXV. An possit revocari. 42. 2. 7.

SECTION V. — DU SERMENT.

Principes généraux.

I. Jusjurandum ad probationes extraordinarias pertinet. 22. 3. 2.

II. Quid sit jusjurandum; quid jusjurandum corporaliter præstitum. 12. 2. 1.

III. An procurator mandato instructus jurare possit in animâ domini, secundum jus civile, canonicum, et hodiernum. 12. 2. 1.

IV. Per Deum jurari debet. 12. 2. 2.

V. De jurejurando improbatæ religionis præstito, vel delato. 12. 2. 2.

VI. De jurejurando per caput, per salutem suam, aut liberorum, aut principis, et de pejerante per principis venerationem, ac ob id majestatis crimen non committente. 12. 2. 2.

VII. De assertione solemni anabaptistarum, quæ jurisjurandi loco est. 12. 2. 2.

VIII. Ubi plura inveniuntur de veteri more ritu que jurandi. 12. 2. 3.

IX. Si inter litigantes de jurandi modo ac qualitate non conveniat, conceptio ejus in arbitrio judicantis est. 12. 2. 13. — *Vide art.* 1361, *n.* 1 *et seqq.*

X. Quæ sit perjurii pœna jure romano ac moribus. 12. 2. 32.

XI. An pœnis gravioribus afficiendi qui tantum ad pejerandum se paratos professi sunt, aut errore pejerarunt. 12. 2. 32.

XII. Ex quibus præsumi possit dolum a perjurio abfuisse. 12. 2. 32.

Des diverses espèces de serment.

1357. — I. Dividitur jusjurandum in promissorium et assertorium. 12. 2. 4.

II. Quid sit promissorium obligationibus appositum; secundum jus civile sequitur naturam actûs cui apponitur. 12. 2. 4.

III. An et quatenus jusjurandum promissorium, jure canonico ac moribus servandum sit, maximè si apponatur negotiis quæ lege vel consuetudine reprobata et vetita sunt. 12. 2. 5.

IV. Quid si jusjurandum dolo vel metu interveniente interpositum sit; et de laxatione jurisjurandi per magistratum. 12. 2. 5.

V. Si jusjurandum sit appositum actui qui merè dependebat a voluntate jurantis, et jurans contra primum actum venerit, actus secundus juramento contrarius ratus erit jure etiam canonico. 12. 2. 2.

VI. Qui testamento apposuit jusjurandum de eo non revocando; si tamen postea revocet, postrema voluntas effectum habet. 12. 2. 6.

VII. Quid sit jusjurandum assertorium in genere; quid voluntarium, judiciale, necessarium. 12. 2. 7.

VIII. Voluntarium jusjurandum est quod a parte parti defertur vel refertur extra judicium. 12. 2. 7.

IX. Judiciale jusjurandum appellatur quod pars parti in judicio, accedente plerumque sententiâ judicis interlocutoriâ delationem probante, defert vel refert. 12. 2. 7.

SECTION VI. — QUI PEUT DÉFÉRER LE SERMENT ET A QUI ON PEUT LE DÉFÉRER.

I. Qui possint vel non possint deferre voluntarium et judiciale. 12. 2. 8.

II. Quid de tutoribus ac curatoribus, et an hi decreto indigeant. 12. 2. 8.

III. Quid de procuratoribus, de procuratoribus in rem suam, civitatum defensoribus. 12. 2. 8.

IV. Quid de magistris societatum, uno ex pluribus hæredibus, pupillis, prodigis. 12. 2. 8.

V. Quid de illis post biennium exceptione non numeratæ pecuniæ utentibus jusjurandum semel a se delatum revocantibus. 12. 2. 8.

VI. Quid de servis et filiisfamilias. 12. 2. 8.

VII. Quid de minoribus et infamibus. 12. 2. 2.

VIII. Quibus deferatur jusjurandum. 12. 2. 2.

XI. An et quatenus impuberibus, servis, hæredibus. 12. 2. 9.

X. An procuratoribus et defensoribus. 12. 2. 9.

V. C. c., art. 1568.

§ 1er.

Du serment décisoire.

V. hoc tit., sect V, Pr. gén. — Art. 1368. *n.* 5.

Sur quoi le serment peut être déféré.

1358. — I. Delatio jurisjurandi locum habet in actionibus civilibus in rem et in personam, sive rei persecutoriis sive pœnalibus et infamantibus. 12. 2. 10.

II. An locum habeat in actione injuriarum. 12. 2. 10.

III. An in popularibus actionibus 12. 2. 10.

IV. An in quæstione utrum mulier prægnans sit, aut an nuptiæ vel sponsalia intercesserint. 12. 2. 10.

V. An in criminalibus; an hodie in causis infamantibus. 12. 2. 10.

V. tit. V, du Mariage, Pr. gén., n. 11.

1359. — I. An jusjurandum deferri potest ut quis juret quid de alienjus facto compertum habeat. 12. 2. 9.

II. Quo cum iniquum existimetur de alieno facto alium jurare. 12. 2. n. 2 et 14.

Quand le serment peut-il être deféré.

1360. — I. Quando jusjurandum deferri possit. 12. 2. 11.

II. An possit deferri ab actore vel reo post testimoniorum publicationem. 12. 2. 11.

III. An post probationum ulteriorum renunciationem. 12. 2. 11.

IV. Quid juris si is qui deferre vult jusjurandum jam antea id detulerat, sed necdum acceptatum revocaverat, probationibus confisus. 12. 2. 11.

V. An delatio fieri possit per eum qui in se recepit probationem; quive nihil omnino ex suo latere probavit. 12. 2. 12.

De l'effet de la délation du serment.

1361. — I. Delatum ab eo qui de calumniâ juravit, præstandum aut referendum eâ formâ quâ delatum, nisi aliud ex causâ judex arbitretur; nec opus ut referens de calumniâ juret. 12. 2. 13.

II. Si tutor detulerit, relatum sibi præstare tenetur. 12. 2. 13.

III. Nec præstandum nec referendum quod delatum, si deferens de calumniâ jurare noluit, vel delatio aliquâ ex parte vitio laboret. Quod exemplis illustratur. 12. 2. 15.

IV. Nec præstandum nec referendum si jam planè per eum cui defertur probatum sit, vel is plenam offerat per instrumenta aut testes probationem. 12. 2. 15.

V. Qui jusjurandum delatum nec præstare nec referre vult victus recedit, sed appellare potest. 12. 2. n. 16 et 25.

VI. An, cui delatum possit petere dilationem ad deliberandum. 12. 2. 16.

VII. An is qui detulit, delatum sed necdum præstitum revocare possit. 12. 2. 16.

VIII. An is qui expressè vel tacitè recusavit alterutrum facere, postea ex pœnitentiâ possit præstare vel referre. 12. 2. 15.

V. suprà, art. 1360, *n.* 1 *et seqq.*

Quand le serment ne peut être référé.

1362. — I. Referri nequit sed præstandum, si is cui delatum illud jam acceptaverit. 12. 2. 11.

II. Idem est si is cui delatum vel solus aut melius sciat id de quo jurandum. 12. 2. 11.

Des effets du serment prêté ou non prêté.

1363. — I. Reo jurante datur ei exceptio jurisjurandi, quandoque utilis rei judicatæ. 12. 2. 17.

II. Actori juranti datur actio in factum ex jurejurando, vel judicati perpetua, et in simplum licet negotium de quo juratum ex infitiatione in duplum sit. 12. 2. 18.

III. Non est nova actio, sed adjectitia qualitas alterius actionis in rem vel personam cujus et naturam imitatur, nec novationem continet. 12. 2. 18.

IV. Jusjurandum juranti etiam nocet, ut conveniri possit ex negotio quod intercessisse jurat, quod exemplis docetur. 12. 2. 13.

V. Jusjurandum voluntarium et judiciale præstitum non potest rescindi per appellationem nec propter instrumenta noviter reperta, et cur. 12. 2. n. 16 et 25.

VI. Non potest rescindi perjurii prætextu, cujus ratio et restrictio explicatur, actione de dolo competente. 12. 2. 25.

VII. Quid si in delatione aut relatione jurisjurandi hoc specialiter lege adjectâ cautum sit ut perjurii prætextu possit retractari. 12. 2. 26.

VIII. Pro præstito habetur jusjurandum quod ab eo qui detulit, vel retulit, remissum est ei qui illud jam susceperat. 12. 2. 23.

IX. Quid intersit inter remissionem jurisjurandi adhuc præstandi et ejus quod jam præstitum est. 12. 2. 23.

X. Habetur et pro præstito si is qui illud sibi delatum aut relatum susceperat, mortuus sit antequam præstaret, secùs si præstare recusaverit. 12. 2. 21.

XI. Recensentur plures casus ac causæ, quibus jusjurandum voluntarium ac judiciale jam præstitum effectu caret. 12. 2. 26.

XII. De exceptione *jurisjurandi*; quibus prosit. 44. 5. 2.

XIII. Quæ requisita concurrere debeant. 44. 5. 2.

XIV. An jurejurando obligatio tolli possit ipso jure. 44. 5. 2.

1364. — I. Monstratur in omni delatione vel relatione jurisjurandi tacitam conventionem esse. 12. 2. 25.

II. Acceptatio jurisjurandi conventionis speciem in se continet, et necessitatis facit quod ab initio liberæ voluntatis erat. 12. 2. 14.

III. An is qui detulit, delatum sed necdum præstitum revocare possit. 12. 2. 16.

A quelles choses et à quelles personnes il s'étend.

1365. — I. Jusjurandum strictam recipit interpretationem ne extendatur ultra rem aut casum de quo juratum est. 12. 2. 22.

II. Hæc regula exemplis illustratur. 12. 2. 22.

III. Quid juris si alia actio intentetur, sed quâ quæstio eadem ventilatur, quæ in actione priore in quâ juratum est. 12. 2. 22.

IV. Quod exemplis illustratur. 12. 2. 22.

V. Jusjurandum aliis quam inter quos est præstitum et eorum successores neque nocet, neque prodest, quod exemplis probatur. 12. 2. 20.

VI. An jusjurandum debitoris principalis prosit fidejussori. 12. 2. 21.

VII. An jusjurandum unius rei debendi prosit alteri debendi reo. 12. 2. 21.

VIII. An delatum ab uno credendi reo, et per debitorem præstitum, noceat alteri reo credendi agere volenti. 12. 2. 21.

IX. An vice versâ, quod unus debendi reus detulit præstitum ab adversario noceat alteri debendi reo. 12. 2. 21.

X. An et quo casu jusjurandum fidejussoris prosit debitori principali. 12. 2. 21. — — *V. art.* 1198. 1208.

§ II.

Du serment déféré d'office.

Principes généraux.

Du serment supplétif et du serment in litem.

I. Jusjurandum necessarium dicitur quod judex defert actori vel reo. 12. 2. n. 7 et 29.

II. Duplex purgatorium vel suppletorium dicitur. 12. 2. 29.

III. Quid sit jusjurandum in litem. 12. 3. 1.

IV. Duplex aliud veritatis aliud affectionis. Probatur notum esse jusjurandum veritatis. Quid sit. 12. 3. 1.

V. Quid sit jusjurandum in litem affectionis; locus ei non est ob levem culpam. 12. 3. 2.

VI. An et quousque moribus nostris jusjurandum in litem locum affectionis habeat. 12. 3. 2.

1366. — *V. suprà, Pr. gén., sect. V, n.* 1 *et seqq.* — *Art.* 1367.

Par qui, à qui et dans quel cas sont-ils déférés.

1367. — I. Necessarium jusjurandum a judice defertur ob defectum probationis, seu in causis dubiis. 12. 2. n. 27 et 29.

II. Deferre potest judex jusjurandum, licet neuter litigantium id petat etiam post conclusionem in causâ. 12. 2. 29.

III. Arbitrio judicis relinquendum an illud actori, an reo, deferri debeat. 12. 2. 29.

IV. Quibus in casibus suppletorium jusjurandum deferri nequeat; non ad probandam præscriptionem, aut consuetudinem, aut sanguinis proximitatem, nec ad supplendam solemnitatum defectum. 12. 2. 29.

V. In causis civilibus locum habet jusjurandum necessarium, non in criminalibus; an hodie in infamantibus. 12. 2. 27.

VI. An locum habeat si ex crimine tantum civiliter agatur ad pœnam pecuniariam. 12. 2. 27.

VII. An et in actione injuriarum ad pœnam pecuniariam aut palinodiam; an et in causis fraudati census et impositionum publicarum. 12. 2. 27.

VIII. Quando causa dicenda sit dubia, ut judex jusjurandum deferre possit. 12. 2. 28.

IX. Jusjurandum in litem defertur a solo judice. 12. 3. 3.

X. Defertur actori domino, vel qui suo nomine litem est contestatus. 12. 3. 3.

XI. An defertur tutoribus in causâ pupilli; an non matri si ea tutrix sit. 12. 3. 3.

XII. An defertur et hæredibus. 12. 3. 3.

XIII. Juratur contra eum qui dolo non restituit aut exhibet; an contra hæredem ejus. 12. 3. 4.

XIV. Quid si ipse hæres dolum fecerit; an et contra fidejussores. 12. 3. 1.

XV. In quibus actionibus et in quibus rebus, ac ex quibus causis, locum habeat. 12. 3. 1.

XVI. An defertur in judiciis bonæ fidei et arbitrariis, in rem aut in personam, quibus de restituendo aut exhibendo agitur. 12. 3. 5.

XVII. An in iis quibus de tradendo, vel de solâ indemnitate agitur, nec in stricti juris actionibus. 12. 3. 5.

Le serment ne peut être référé : comment est-il prêté ; de ses effets.

1368. — I. Jusjurandum necessarium referri nequit. 12. 2. n. 7 et 30.

II. Præstandum est necessarium jusjurandum eâ formâ quâ delatum, citatâ adversâ parte. 12. 2. 30.

III. In necessario jusjurando judicandum contra eum qui jurare detrectat. 12. 2. 30.

IV. Appellari potest tamen a condemnatione, et peti rescissio jurisjurandi necessaria propter instrumenta noviter reperta. 12. 2. 30.

V. Moribus hodiernis jusjurandum a parte parti delatum non præstatur, nec quisquam præstare vel referre cogitur nisi interveniat judicis decretum. Nec tamen ideo omne jusjurandum quantum ad effectus necessarium est. 12. 2. 31.

VI. Quid juris si is cui judex detulit jusjurandum in litem, vel veritatis, vel affectionis, jurare nolit. 12. 3. n. 1 et 3.

VII. An ei contra quem juratum, actiones cedendæ sint. 12. 3. 7.

VIII. An in minus judex damnare possit quam juratum est. 12. 3. 6.

IX. An possit post sententiam æstimationis eamdem mouere. 12. 3. 6.

Règle particulière au serment in litem.

1369. — I. An in infinitum jurari potest. 12. 3. 3.

II. An judex possit taxationem adjicere. 12. 3. 6.

V. C. proc., art. 130.

TITRE IV. — *Des engagements qui se forment sans convention.*

Principes généraux.

V. tit. III, chap. I, pag. 78, *et chap. II, Pr. gén., pag.* 79.

1370. — I. Obligatio nascitur vel ea contractu vel ea quasi-contractu, vel ea delicto, vel ex quasi-delicto. 44. 7. 4.

II. An ædibus dirutis ob ortum incendium, ne latius serpat, vicinis domino ædium id reparare debeat. 14. 3. 13. — 9. 2. 18.

Vide C. c., art. 1371. — *Art.* 1382, *Not. div., sect. I, n.* 1 *et seqq.*

CHAPITRE PREMIER. — *Des quasi-contracts.*

Principes généraux.

I. Ex quasi-contractu nascitur obligatio. 44. 7. 4.

II. Quasi-contractus vulgo quinque recensentur, puta negotiorum gestio, tutelæ administratio, gestio occasione communionis, hæreditatis aditio, et indebiti solutio. 44. 7. 3.

III. Erroneum est quinario numero circumscribere quasi-contractus, plures enim sunt alii, quoties ubi extra id quod agitur tacitè obligatio nascatur, veluti condictione causâ datâ, causâ non secutâ, jurisjurandi delatione, judicii aditione. 5. 3. 1.

IV. De negotiorum gestorum quasi-contractu. — *Vide art.* 1372.

V. De administratione tutelæ. — *V. de la Tutelle.*

VI. De administratione communionis. — *V. du Partage des successions.*

VII. De quasi-contractu ex aditione hæreditatis nato. — *V. des Successions, — Acceptation et partage.*

VIII. De quasi contractu et solutione indebiti — *V. C. c., art.* 1235 1376 *et seqq*

IX. Introducta est actio de in rem verso ex æquitate, quoties aliquid consumpsit servus aut filiusfamilias, quo aut meliorem rem dominus, paterve haberet, aut non deteriorem. 15. 3. 1.

X. Quibus datur, contra quos et ad quam. 15. 3. 1.

XI. Non sufficit in rem patris acceptum esse, sed et versum esse debet; nec datur actio ultra quam versum est. 15. 3. 3.

XII. An necesse ut et duret utilitas versi. 15. 3. 3.

XIII. Quid juris, si ab initio non sit in rem patris acceptum, sed postea tamen versum. 15. 3. 3.

XIV. Quales impensæ hâc actione repeti possint. 15. 3. 4.

XV. An et quando voluptuariæ; voluptuariæ quandoque fiunt utiles. 15. 3. 4.

XVI. Quibus modis censeatur quid in rem patris versum, ut actioni huic locus sit; quâ occasione casus quidam dubii recensentur. 15. 3. 3.

XVII. Quibus in casibus cesset hæc actio; et in quibus differat hæc de in rem verso ab actione de peculio. 15. 3. 6.

XVIII. Quid juris circa actionem de in rem verso, si filiusfamilias pecuniam mutuatus sit, ad vestem emendam, si pecunia perierit, at vestis tamen empta sit. 15. 3. 7.

Définition des quasi-contrats.

1371. — I. Quid sint quasi-contractus. 44. 7. 5. — 5. 3. 1.

II. An in iis expressus vel tacitus consensus requiratur ejus qui obligandus est. 44. 7. 3.

III. Cur magis sit præsumptus in iis consensus. 44. 7. 3.

IV. Quæ sint species quasi-contractuum. 44. 7. 5.

V. An plures quam quinque. 44. 7. 5.

V. suprà, Pr. gén.

Du negotiorum gestor; de l'étendue de ses engagements.

1372. — I. Quid sit negotiorum gestor; utilitas ejus. 3. 5. 1.

II. Cujuscumque negotia geri possunt. 3. 5. 1.

III. Si quis impensas fecerit antequam res ei cum alio communis esset, actio negotiorum gestorum ei competit. 10. 3. 4.

IV. Idem si post impendia ab eo in rem communem facta suam partem alienaverit. 10. 3. 5.

V. An et quando negotiorum gestor gerere debet et perficere ea quæ inchoavit. 3. 5. 3.

VI. Tenetur ex paratâ absentis pecuniâ solvere absentis creditoribus ac sibi ipsi si creditor sit 3. 5. 6.

VII. Idem statuendum circa actionem redhibitoriam activam vel passivam. 3. 5. 3.

VIII. Si negotiorum gestor debitor absentis sit, a seipso debet exigere, exceptis quibusdam casibus; et quæ pœna sit si hæc negligat. 3. 5. 6.

IX. An gestor debitores absentis judicio cogere possit ad solvendum; et quid operatur ejus interpellatio extrajudicialis. 3. 5. 7.

X. Contra negotiorum gestorem actio directa datur negotiorum gestorum. 3. 5. 1.

XI. Quid sit actio directa negotiorum gestorum. 3. 5. 3.

XII. Cui detur. 3. 5. 3.

XIII. Contra quos, et etiam contra eos qui gesserunt mandato tertii. 3. 5. 3.

XIV. Et adversus eum qui aliena negotia geri mandavit. Et adversus mulierem 3. 5. 2.

XV. Et adversus pupillum in id quo locupletior factus est. 3. 5. 3.

XVI. Si plures gesserint, contra singulos datur pro suâ tantum parte. 3. 5. 3.

XVII. Hæc actio tendit ad rationes administrationis reddendas. 3. 5. 3.

XVIII. Et omne quod ad ea pervenit. 3. 5. 3.

XIX. Et etiam indebitum quod acceperit. 3. 5. 3.

XX. An gestor præstet usuras rationa pecuniæ a debitoribus domini exactæ. 3. 5. n. 3 et 5.

XXI. Non tenetur de casu fortuito nec de periculo nominis, nisi pecuniam malè et culpâ collocaverit vel nisi insolita gesserit, et paucis aliis in casibus. 3. 5. n. 3 et 5.

XXII. Absens dominus lucrum debet cum damno pensare. 3. 5. 5.

XXIII. Quid si gestor emerit rem absentis, at eum absentem esse postea cognoverit. 3. 5. 6.

XXIV. Actio funeraria ad repetundas contra hæredes impensas propter funus erogatas est mera actionis negotiorum gestorum. 11. 7. 8.

Vide C. c., de la Tutelle, chap. II, Pr. gén., sect. II, n. 3.

1373.

1374. — I. Gestor præstat culpam latam et levem, aliquando culpam levissimam. 3. 5. 4.

II. Sunt tamen casus, quibus nihil præter dolum ac latam culpam a gestore præstandum est. 3. 5. 4.

III. Quid moribus obtineat. 3. 5 4

V. art. 1173.

Des obligations de celui dont l'affaire a été bien gérée.

1375. — I. Actio negotiorum gestorum non tantum directa sed et contraria datur 3. 5. n. 1 et 3.

II. Quid sit. 3. 5. 3.

III. Contra quos detur? et contra tutorem, quando etiam contra ipsum pupillum. 3. 5. 8.

IV. Tendit in genere ad indemnitatem, impensas utiles et necessarias et usuras recuperandas. 3. 5. 3.

V. Quæ comprehenditur sub voce utilitas. 3. 5. 3.

VI. Impensas repetit gestor, licet utiles esse desierint. 3. 5. 9.

VII. Si ultra quam oportuerat impenderit, id solum recuperat quod erogare debuerat 3. 5. 9.

VIII. Si sui commodi causâ gesserit aliena, non ultra recuperat quam quatenus absens locupletior inde factus fuerit. 3. 5. 9.

IX. Cessat actio contraria si initio inspecto nulla utilitas domino acquiri potuerit, et si gestor crediderit utile curare. 3. 5. 10.

X. Quod exemplis docetur. 3. 5. 13.

XI. Nisi ratihabitio secuta sit. 3. 5. 13.

XII. Quid si inviti et prohibentis negotia gesta sint. 3. 5. 11 et 11. 7. 12.

XIII. Quid moribus. 3 5. 11. — 11. 7. 12

XIV. Cessat si probetur alium suo sumptu rem gesturum fuisse. 3. 5. 11. — 11. 7. 12.

XV. Vel si pietatis intuitu sumptus facti sunt; exempla. 3. 5. 11. — 11. 7. 13.

XVI. Si quis negotia Titii gesserit tanquam Mævii, Titius nihilominus obligatur, et quid si Mævius gesta rata habuerit. 3. 5. 12.

XVII. Quid si crediderit se ex officii necessitate gerere, vel ex mandato, cùm nulla necessitas nec mandatum subesset. 3. 5. 12.

XVIII. Quid juris si quis aliena negotia gesserit tanquam sua. 3. 5. 13. — 11. 7. 12.

XIX. An mandati an magis negotiorum gestorum actio sit, si dominus gesta rata habuerit. 3. 2. 14.

De la répétition de ce qui a été payé par erreur.

1376. — I. Quid sit indebiti condictio. 12. 6. 1.

II. In quo mutuum distet ab indebiti solutione. 12. 6. 1.

III. Cui incumbat onus probandi indebitum debitumve esse quod solutum est. 12. 2. 14.

IV. An et probasse censeatur indebiti solutionem, qui de eodem debito duas producit diversorum temporum apochas, quarum posterior nullam prioris mentionem habet. 12. 6. 14.

V. Si quis sciens indebitum solvat, lex præsumptionem donationis inducit et ob id impedit soluti repetitionem. 39. 2. 5.

VI. An pendente die vel conditione, condici possit quod ante diei vel conditionis existentiam solutum est. 12. 6. 3.

VII. Quid de interusurio, casu quo sortis condictio fieri non potest. 12. 6. 3.

VIII. Tutus exceptione perpetuâ in suum favorem introductâ, si solverit per errorem, solutum repetere potest, quod exemplis docetur; tres tamen casus excipiuntur. 12. 2. 4.

IX. Sed si tutus exceptione, in odium adversarii, introductâ, non repetit, quod inter alia etiam obtinet ex moribus nostris in exceptione biennii, intra quod debita plurima ex constitutione Caroli V sunt exigenda. 12. 6. 4.

X. Explicatur per distinctiones, quomodo condictio competat et electio, si pars soluti sit indebita; vel utraque res soluta sit, cùm alterutra esset debita; vel una res sit soluta velut unicè debita, cùm res in genere vel duæ res alternativè deberentur. 12. 2. 5.

XI. Quid juris si alterutra post solutionem interierit cùm utraque alternatim debita soluta esset. 12. 6. 5.

XII. Item quid juris si duo rei debendi, vel debitor et fidejussor singuli, totum corpus aut quantitatem, vel singuli rem unam ex alternativè debitis, solverint iisdem vel diversis temporibus. 12. 6. 5.

XIII. An pœna indebitè soluta condici possit hâc condictione. 12. 2. 12.

XIV. Quid juris si tertius meam pecuniam sinè voluntate meâ suo solverit creditori. 12. 7. 2.

V. C. c., art. 1377.

SECTION PREMIÈRE. — À QUI APPARTIENT L'ACTION EN RÉPÉTITION.

1377. — I. Quibus detur hæc condictio. 12. 2. 6.

II. Quid de tutoribus, procuratoribus, qui pro pupillo vel domino solverunt indebitum. 12. 6. 8.

III. Quis condicat, si primus indebitum promiserit, ac fidejussor ab eo datus id solverit. 12. 6. 2.

IV. Quid juris, si fidejussor pro vero debito fidejusserit, et solverit deinde quasi principalis debitor esset; vel postquam ipse interposuisset pactum de non petendo. 12. 6. 9.

V. Generaliter, quid juris sit, si quis solverit quod ipse non debebat, alius tamen debebat accipienti. 12. 2. 9.

VI. Datur quandoque condictio aliis, quam qui solverunt, dum illi qui instituti erant legata, quandoque et debita solverunt, ac dein restitutione vel aliis modis ob testamentum injustum, falsum, inofficiosum ob hæreditate depulsi sunt. 12. 2. 10.

VII. Competit tantum ei qui ignorans indebitum ignoranti solvit. 12. 6. 6.

VIII. Quid si sciens scienti vel ignoranti solverit. 12. 6. 6. — 22. 3. 5.

IX. Quid si dubitans. 12. 2. 2.

X. An competat condictio indebiti hæredi putativo qui hæreditarios creditores exsolvit. 12. 6. 2.

XI. Si mulier debitum eium viro stante matrimonio contraxerit, illudque vel stante matrimonio solverit clam viro, vel post dissolutum matrimonium, an maritus vel ipsa repetere solutum possit, matrimonio adhuc constante vel jam dirempto, secundum mores Hollandiæ et Ultrajecti. 12. 6. 19.

XII. Explicatio novæ legis *frater a fratre*. 38, ff. *de condictione indebiti*. 12. 2. 20.

V. C. c., art. 1235 *et* 471.

SECTION II. — CONTRE QUI L'ACTION EST-ELLE EXERCÉE.

I. Contra quos hæc actio detur. 12. 6. 11.

II. An contra eos quibus solutio profuit. 12. 2. 11.

III. An contra fiscum, si quæstori ærarii indebitum solutum sit. 12. 2. 11.

IV. An contra dominum cujus procuratori solutum quod debitum non est. 12. 2. 11.

V. Quid si adjecto, vel delegato indebitum solutum sit. 12. 6. 11.

SECTION III. — QUAND CESSE L'ACTION.

I. Non habet locum, si solutum sit, quod naturaliter debitum. 12. 2. 2.

II. Nec si id quod verè debitum, more improbato exactum sit, licet exigens aliter coerceatur. 12. 6. 2.

III. Quod per errorem juris indebitè solutum est, condici nequit ut indebitum. 12. 6. 7.

IV. Quod et moribus obtinere debet. 12. 6. 7.

V. Cessat indebiti condictio, si solutum ex causis quibus lis infitiando crescit in duplum. 12. 2. 15.

VI. Ex causâ transactionis, jurisjurandi, rei judicatæ; recensentur tamen quædam exceptiones. 12. 6. 15.

VII. Cessat, si specialiter, non generaliter, huic condictioni renuntiatum sit. 12. 2. 16.

VIII. Si insignis pietatis ratio comitetur solutionem, veluti dotis, aut commiserationis. 12. 6. 16.

IX. Denegatur, quoties solutum ex causis ex quibus retentionem quidem habemus, at non petitionem. 12. 2. 17.

X. Item si naturaliter debitum sit. 12. 6. 17.

XI. Recensentur casus varii, quibus id quod naturaliter debetur, si solutum sit, repeti tamen potest. 12. 6. 17.

Quelles choses doivent être restituées.

1378. — I. Ad quid tendat condictio indebiti, si factum aliquod indebitè præstitum sit; vel possessio indebitè translata. 12. 6. 12.

II. An fructus et accessiones rei indebitæ solutæ restitui debeant. 12. 2. 12.

III. Quid si res possessa per eum cui tradita, jam usucapta sit. 12. 6. 12.

IV. An cùm sorte indebitè solutâ, usuræ reddendæ, si eam medio tempore accipiens fœnori collocaverit. 12. 6. 12.

V. Si sors debita soluta sit, usuræ indebitæ solutæ, non possunt condici usuræ, nisi solutæ sint supra legitimum usurarum modum. 12. 6. 12.

1379. — Quid si res indebite soluta perierit. 12. 6. 12.

1380. — Si res per accipientem bonâ fide divenditæ sint, non nisi pretium, quod inde redactum, reddendum est, et cur. 12. 2. 12.

CHAPITRE II. — *Des délits et des quasi-délits.*

Notions diverses.

SECTION PREMIÈRE.

Principes généraux.

Nature de l'action; son effet.

I. Quid sit delictum et quasi-delictum. 44. 7. 2.

II. Quotuplicia sint delicta ac quasi-delicta. 44. 7. 6.

III. Ex delicto et quasi-delicto nascitur obligatio, et ex delicto obligamur nolentes et inviti. 1. 2. 3. — 44. 7. 4.

IV. Quamvis frequentius dolo delinquatur, et affectus distinguat maleficia, attamen et

sine dolo delinquitur ita ut coercitioni locus sit, evincit damnum injuriâ, id est dolo vel culpâ etiam levissimâ, datum, ac delictis accensitum. 4. 3. 3. — 9. 2. 29.

V. Quid sit damnum. 39. 2. 1.

VI. Auctor legis Aquiliæ non fuit Gallus Aquilius. 9. 2. 1.

VII. Quibus legibus anterioribus per legem Aquiliam derogatum fuerit, quibus non. 9. 2. 2.

VIII. Quod damnum lege Aquiliâ coercitum fuit. 9. 2. n. 3 et seqq.

IX. Primo capite legis Aquiliæ cautum ut qui alienum hominem, alienamve quadrupedem quæ pecudum numero est, injuriâ occiderit, quanti ea res in eo anno plurimi fuerit, tantum domino dare damnetur. 9. 2. 4.

X. Ex quo tempore annum computabatur. 9. 2. 4.

XI. Si quis servum sibi cum alio communem occidat, pro eâ parte tenetur, pro quâ dominus non est. 9. 2. 4.

XII. Capite secundo probabiliter actum fuisse de moribus servi corruptis, arguitur. 9. 2. 5.

XIII. Nec ejus disquisitionem inutilem esse imò caput secundum non in universum fuisse sublatum, si quis ex eo experiri vellet. 9. 2. 5.

XIV. Tertio capite legis Aquiliæ cautum est de homine vel pecude vulneratis, et omni cætero damno injuriâ dato. 9. 2. 2.

XV. Lædens tenetur quanti res fuerit plurimi mense seu triginta diebus retro computatis. 9. 2. 8.

XVI. Non fuisse habitam in hâc lege rationem æstimationis ex affectione, sed communi opinione. 9. 2. 2.

XVII. Ac præter æstimationem venire etiam id quod interest, modo certum sit, non incertum. 9. 2. 9.

XVIII. Lis quoque ex infitiatione crescit in duplum; quod tamen in casibus quibusdam fallit. 9. 2. 2.

XIX. In damno reparando illud solùm modò spectatur quod in continenti illatum fuit, non quod postea ex novâ causâ, licet prioris occasione supervenit. 9. 2. 16.

XX. Quomodo merces æstimandæ, quæ cum nave per collisionem mersâ perierunt. 9. 2. 16.

XXI. Qui egit de vulnerato, potest adhuc agere de occiso, si quadrupes deinde ex eo vulnere moriatur; sed imputatur condemnatio prima in secundam; secùs, si ex alio vulnere moreretur. 9. 2. 7.

XXII. Si plures simul damnum dederint, singuli in solidum tenentur, nec unius præstatione cæteri liberantur. 9. 2. 8.

XXIII. Si prior vulneraverit vulnere certo certius lethali, alius dein alio vulnere occiderit, uterque de occiso tenetur: secùs, si prius vulnus non fuerit certo certius lethale. 9. 2. 9.

XXIV. Quid si impubes minor de vectigalibus fraudem fecerit. 39. 4. 25.

XXV. Quid si majorennis sed per errorem. 39. 4. 25.

XXVI. Quando et quomodo cum actione legis Aquiliæ concurrere possit accusatio ex lege Corneliâ *de Sicariis*. 9. 2. 30.

XXVII. An alteri per alteram fiat præjudicium. 9. 2. 36.

XXVIII. An concurrere possit cum actione injuriarum servi corrupti, et similibus; an et cum actione depositi, commodati, locati, etc. Et an una intentata alteram perimat. 9. 2. 31.

XXIX. An ex tertio capite legis actio detur ob damnum non corpore, sed suasione non bonâ, in corpus datum. 9. 2. 5.

XXX. Recensentur plures qui tenentur, dum causam damno dederunt, impulsu naturali, concitatione, hortatu, consilio, auxilio. 9. 2. 2.

V. infrà, sect. II, n. 4. — *Sect. III, IV, V et VI*. — *Art.* 1382.

SECTION II. — A qui appartient l'action en réparation, et contre qui est-elle exercée.

I. Directa legis Aquiliæ actio domino datur, licet temporale habeant dominium, et res jam alienata vel extincta sit. 9. 2. 10.

II. Utilis etiam fructuario, bonæ fidei possessori, creditori hypothecario. 9. 2. 10.

III. An et commodatario vel fulloni, ex jure romano et moribus. 9. 2. 10.

IV. Utilis actio datur etiam ob hominem liberum vulneratum, vel occisum. 9. 2. 11.

V. Qui tunc agere possint, et ad quid, tum jure civili, tum hodierno. 9. 2. 11.

VI. Quid si concurrant, uxor, parentes, liberi ejus qui occisus. 9. 2. 11.

VII. Dantur hæc actiones adversus eos qui damnum dederunt. 9. 2. 12.

VIII. Etiam adversus illos qui, cùm prohibere potuissent et debuissent damni illationem, illud inferri passi sunt. 9. 2. 12.

IX. An adversus eos qui damnum fieri jusserunt. 9. 2. 12.

X. An et illum qui sese damnum dedisse confessi sunt. 9. 2. 12.

XI. An et quousque detur contra hæredes jure civili et moribus. 9. 9. 12. — 27. 7. 9.

XII. An actio ad mulctam hodie contra hæredes detur, et an uno ex pluribus lædentibus mulctam solvente, reliqui liberentur. 9. 2. 12. *V. du Payement des dettes; et infrà, sect. IV*, n. 8.

XIII. Quid si ad hæredes ex delictis defuncti pervenerit de turpi lucro. 3. 6. 5.

XIV. Novum non est ut in concurrente duorum culpâ, is teneatur cujus culpa major conspicitur. 9. 2. 17.

V. suprà, sect. I, n. 11-22 *et seqq.* — *Infrà, sect. IV*, n. 3 *et seqq.; sect. V*, n. 3 *et seqq.; et sect. VI*. — *Art.* 1382. 1384.

SECTION III. — Quand cesse l'action.

I. Cessat actio legis Aquiliæ, si quid illicitè quidem factum sit, sed nullum inde damnum secutum. 9. 2. 27.

II. Quod exemplis illustratur. 9. 9. 27.

III. Cessat si damnum jure datum sit, dum quis in domo vel navi suâ vim patitur. 9. 2. 28.

IV. Quid juris, si quis incendii a suis ædibus arcendi gratiâ vicinas ædes dejecerit. 9. 2. 28. — 14. 2. 18.

V. Cessat, si damnum casu fortuito contigerit, vel ab infante aut furioso detur. 9. 2. 29.

VI. Quandoque damnum dicitur casu datum, dum dolus deest, licet culpa adsit. 9. 2. 29. — 1. 3. 3.

VII. De eo qui furem nocturnum aut diurnum, vel latronem sibi insidiantem vel alium adstantem, occidit. 9. 2. 22. — 5. 1. 9. — 48. 8. 12.

VIII. An liceat alium occidere pro defensione vel recuperatione bonorum. 9. 2. 22.

V. infrà, sect. VI, n. 12.

SECTION IV. — Du dommage causé par les choses jetées ou suspendues.

I. Quales actiones competant ob dejectionem vel effusionem. 9. 3. 1.

II. Quæ sit utilitas actionis de dejectis. 9. 3. 1.

III. Cui detur, et contra quos. 9. 3. 1.

IV. Cur inhabitantes teneantur quamvis ipsi nec dejecerint nec posuerint. 9. 3. 1.

V. Quid si plures inhabitent. 9. 3. 1.

VI. An contra hospitem seu viatorem receptum. 9. 3. 1.

VII. An contra studiosum, ex cujus museo quid dejectum. 9. 3. 1.

VIII. Quis teneatur, si quis cœnaculariam exercuerit; et quid illud sit. 9. 3. 1.

IX. Quis conveniendus, si ex filiifamilias aut servi inquilini cœnaculo quid dejectum sit. 9. 3. 2.

X. Ad quid tendat hæc actio jure romano et moribus. 9. 3. 3.

XI. Ad quid agatur, si homo liber dejectione læsus vel occisus sit, jure civili et hodierno; et quinam tunc agere possint. 9. 3. 4.

XII. Quo in loco, et quo tempore, et unde debeat dejectum esse, ut locus sit actioni de dejectis. 9. 3. 5.

XIII. Quid sit actio de positis et suspensis, cui, contra quos, ad quid detur. 9. 3. 2.

XIV. Etiam ei locus est, si positum deciderit ac nocuerit, quoties læsus putat eam sibi adhuc expedire. 9. 3. 6.

XV. Inquilinus his conventus actionibus regressum habet adversus eos qui dejecerunt aut posuerunt. 9. 3. 7.

SECTION V. — De la répétition de la chose volée.

I. Quo sensu dominus dici possit *rem suam condicere* a fure. 13. 1. 1.

II. Quid sit condictio furtiva. 13. 1. 2.

III. Datur solis dominis, qui et tempore furti facti et quo agitur, domini sunt. 13. 1. 2.

IV. Non illis qui tantum alterutro tempore dominium habuerunt. 13. 1. 2.

V. Non datur commodatario, depositario. 13. 1. 3.

VI. An et quatenus detur creditori cui pignus surreptum est. 13. 1. 6.

VII. Quid moribus. 13. 1. 3.

VIII. An contra hæredes furis condictio furtiva in solidum detur, licet nihil ex re furtivâ ad eos pervenerit. 13. 1. 4.

IX. Quousque detur contra dominum aut patrem servi aut filiifamilias furis. 13. 1. 5.

X. An servus post manumissionem condictione furtivâ conveniri possit. 13. 1. 5.

XI. An qui non contrectarunt, sed tantum ope vel consilio juverunt. 13. 1. 5. — *Vide C. pénal, art.* 59.

XII. Quid juris, si plures contrectando furtum fecerint. 13. 1. 5.

XIII. Ad quid tendat hæc actio. 13. 1. 9.

XIV. Quid si res dolo, culpâ, casu perierit. 13. 1. 9.

XV. Cujus temporis æstimatio præstanda sit. 13. 1. 6.

XVI. Habet locum, sive proprietatis sive possessionis aut usûs furtum factum sit; utque etiam pro rebus immobilibus vi possessis. 13. 1. 7.

XVII. Recensentur casus quibus cessat furti condictio, inter quos, si dominus suâ voluntate ac sponte dominium amiserit. 13. 1. 6.

XVIII. Aut ei a fure satisfactum sit. 13. 1. 6.

SECTION VI. — De la caution à fournir quand le dommage n'est que menacé.

I. Cur inducta sit cautio damni infecti; quid sit damnum factum, vel infectum; quo remedio petenda sit hæc cautio. 39. 2. 1.

II. An si locus, si alio remedio is cui damnum imminet, sibi prospicere possit. 39. 2. 1.

III. Quis jubeat interponi hanc cautionem; an et magistratus municipales. 39. 2. 2.

IV. Ex quibus rebus damnum timeri debeat, ut huic cautioni locus sit; et quid, si vel publico loco, vel ex publico, damnum immineat. 39. 2. 2.

V. Qui petunt hanc cautionem; ubi de iis, quorum periculo res est, de superficiariis, creditoribus hypothecariis, inquilinis et locatoribus, fructuariis et proprietariis. 39. 2. 3.

VI. Præstandum a petentibus suo vel alieno nomine jusjurandum calumniæ. An tunc anxiè prætor inquiret; quid si juraverit petitor, et alio tempore stipuletur, an iterum jurare teneatur. 39. 2. 3.

VII. Non exigit eam bonæ fidei possessor, et cur; nec qui illicitè extruxit, aut alteri prius ipse ejusdem rei nomine cavere noluit. 39. 2. 4.

VIII. An et quando emptor respectu rei sibi venditæ sed nondum traditæ. 39. 2. 4.

IX. An et quando socius a socio, si rei propriæ a communi re damnum immineat. 39. 2. 4.

X. An is exigat, qui damnum metuit ex vitio rei non accidentali sed naturali; aut ex eo quod vicinus quid facit in suo, jure suo. 39. 2. 5.

XI. Qui suo, qui procuratorio nomine cavere debeant; ubi de dominis, bonæ fidei possessoribus, fructuariis, servitutem realem habentibus. 39. 2. 6.

XII. Repromittit quisque cavens suo nomine, satisdat alieno nomine; quæ sit ratio diversitatis. 39. 2. 6.

XIII. Quid juris, si dubium, an suo, an procuratorio nomine cavere debeat. 39. 2. 6.

XIV. Quis caveat, si inter petitorem et possessorem rei vitiosæ lis pendeat. 39. 2. 7.

XV. Quid juris, si plures sint domini rei vitiosæ, vel rei cui damnum timetur. 39. 2. 7.

XVI. Ubi petenda hæc cautio; dies cautioni inserendus. Quid si consulto vel errore prætermissus sit. 39. 2. 9.

XVII. Quomodo prætor diem definiet; ad quantum tempus, si ex opere in flumine publico ripâve facto damnum immineat. 39. 2. 8.

XVIII. An lapso die apposito, iterum cavendum sit. 39. 2. 5.

XIX. Qui agent ex hâc cautione et contra quos; an et contra successores particulares, veluti emptores rei vitiosæ, et cur. 39. 2. 9.

XX. Ad quam damni reparationem agatur; quid si non ex vitio rei, vel non ei rei, aut non ei parti, cujus intuitu cautum, damnum illatum sit; an immoderata sit facienda æstimatio damni ob picturas et alia ad luxum spectantia. 39. 2. 9.

XXI. Quid si damnum metuens fulserit parietem; quid si inquilini conducere integras ædes nolint, aut migrent ob damni metum. 39. 2. 9.

XXII. Qui jussu prætoris non cavet, patitur missionem in rem aut partem vitiosam; cujuscunque sit res. 39. 2. 19.

XXIII. Quid si vicini duo a se invicem petierint cautionem. 39. 2. 19.

XXIV. Quale remedium, et contra quam, habeat, qui missus fuit, sed non admissus. 39. 2. 19.

XXV. Missus et admissus quale jus consequatur ex primo decreto; et quid circa rem in quam missus est, facere debeat; quid juris, si tunc damnum passus sit. 39. 2. 11.

XXVI. Quando missio fiat ex secundo decreto, et quid juris per eam missus consequatur, tum respectu domini, tum respectu fructuarii et creditoris hypothecarii. 39. 2. 12.

XXVII. An tunc adhuc cogi possit possessionem iterum derelinquere oblatâ cautione, vel aliter. 39. 2. 19.

XXVIII. An ex secundo decreto consequatur civile dominium, an magis usucapiendi facultatem. 39. 2. 19.

XXIX. Si plures missi sint, quorum uni minus, alteri majus damnum imminet, pro quâ parte tunc quisque possideat, et pro quâ parte damni reparationem obtineat, aut pro quâ parte dominus fiat per usucapionem. 39. 2. 13.

XXX. Quid si unus eorum in rem vitiosam sumptum fecerit. 39. 2. 13.

XXXI. Proponitur compendio, quid juris, si damnum contigerit ante petitam privatim cautionem; vel post privatim petitam, sed antequam prætor adiretur; vel postquam aditus fuit, sed dum deliberat; vel postquam cautionem decrevit; vel postquam missionem decrevit, sed missus nondum in possessionem venit, vel admissus non est. 39. 2. 14.

XXXII. Quo remedio moribus consultum sit de damno infecto. 39. 2. 15.

XXXIII. De suggrundis, protectionibus, menianis. Remiss. 39. 2. 16.

Étendue et exemples de cette responsabilité.

1382. — I. *V. suprà, N. D., p.* 103, *n.* 1-2 *et seqq.*

II. Variæ constituuntur classes eorum qui ex damno dato tenentur. 9. 2. 14.

III. Sunt qui tenentur dum in munere versantes, aut aliter in re per leges licitâ, per occasionem ejus dolo vel imprudentiâ, vel imperitiâ damnum intulerunt. 9. 2. 14.

IV. Sunt contra quos actio datur, quia auxilio, impulsu, hortatu, consiliove eorum læsio facta est. 9. 2. 14.

V. Sunt qui ex petulantiâ. 9. 2. 14.

VI. Sunt denique qui a variis aliis factorum culpandorum speciebus nocentes directâ vel utili legis Aquiliæ conveniuntur actione. 9. 2. 14.

VII. Recensentur qui per occasionem muneris, aut dum in re licitâ versantur læserunt; ubi de magistro puerum discipulum castigante. 9. 2. 15.

VIII. De magistratu injuriosum quid faciente. 9. 2. 15.

IX. De navigiis impactis in navem aut scapham, aut retia piscatoria, aut portuum munitiones, deque funibus amputandis, etc. 9. 2. 15.

X. An navibus collisis, etiam damnum sarciendum, quod postea ex novâ causâ supervenit, sed prioris damni occasione. 9. 2. 16.

XI. Et quomodo merces æstimandæ, quæ cum nave per collisionem mersâ perierunt. 9. 2. 16. — *V. suprà, sect. I, n.* 9-15 *et seqq.*

XII. De cisiariis, plaustrariis, alios antevertere studentibus, onus malè componentibus; aut plaustro cessim eunte in clivo. 9. 2. 17.

XIII. De his qui vel se vel jumenta plus justo onerantes efficiunt, ut onus lapsu in alium evertatur. 9. 2. 17.

XIV. De tonsore tondente in loco periculoso et gulâ servo præcisâ. 9. 2. 17.

XV. De putatore et machinario ramos aut trabem in prætereuntes dejiciente. 9. 2. 18. — *V. suprà, sect. IV.*

XVI. De his qui foveas faciunt aut laqueos ponunt feræ capiendæ causâ, si animal alienum in ea inciderit. 9. 2. 19.

XVII. De fornacario ad fornacem dormiente, ignem in stipulam suam immittente, sclopetum in tecta straminea displodente. 9. 2. 19.

XVIII. De aliis incendio causam præbentibus. 9. 2. 19. — *V. art.* 1733.

XIX. De medicis, pharmacopolis, obstetricibus. 9. 2. 23.

XX. De artificibus, aliisque, qui imperitiâ læserunt, gemmas aut alias res sibi commissas confregerunt, impetum equorum retinere non potuerunt. 9. 2. 23.

XXI. De illis, qui, dum se jaculis exercent, transeuntem lædunt, vel pilâ ludentes, aliam pilæ intercipiendæ causâ evertunt. 9. 2. 24.

XXII. De illis qui, in colluctatione, pugilatu, aut pancratio, lædunt. 9. 2. 24.

XXIII. Per stramenta ardentia transilientes aliom sibi in flammâ obvium evertunt, festivo tempore Palitiorum. 9. 2. 24.

XXIV. Enumerantur plurimæ aliæ species damni per petulantiam aut temeritatem aut malitiam doli. 9. 2. 26.

XXV. Inter eas nocturnæ grassationes, vitrorum confractiones. 9. 2. 26.

XXVI. Et animalium nimiæ agitationes, turbationes, fugationes, in angustum coactiones, etc. 9. 2. 26.

1383. — I. Lege Aquiliâ non fuit coercitum damnum quod tantum omittendo datum fuit. 9. 2. 5.

II. Adstruitur distinctio inter culpam commissionis et omissionis. 9. 2. 5.

III. Coercetur hâc actione non tantum dolus, sed et culpa, etiam levissima. 9. 2. 13.

V. sup. p. 103, *Not. div., sect. I, n.* 1 *et seqq.*

Du dommage causé par les personnes dont on doit répondre.

I. Noxales actiones non ex delictis tantum servorum sed et ex factis animalium oriuntur. 9. 4. 1.

II. De æquitate noxalium actionum; jus singulare est, si servus injuriam intulerit. 9. 4. 1.

III. Recensentur delicta privata, in quibus actio noxalis locum habet. 9. 4. 2.

IV. Non datur, si crimen publicum, vel extraordinarium, vel populare, a servo commissum sit. 9. 4. 2.

V. Nec si ex privato delicto criminaliter extra ordinem agatur. 9. 4. 2.

VI. Non etiam datur, si ex servi contractu obligatio descendat, licet tunc dolus servi intervenerit, nisi minor dolo servi læsus sit. 9. 4. 5.

VII. An et ex quasi-delicto. 9. 4. 3.

VIII. Quibus detur noxalis actio. 9. 4. 4.

IX. An fructuario, cui servus fructuarius nocuit. 9. 4. 4.

X. An uni ex pluribus servi dominis; at quid juris, si pluribus nocitum sit. 9. 4. 4.

XI. Datur contra dominum servi. 9. 4. 5.

XII. Quis conveniri possit, si servus jam manumissus aut alienatus sit. 9. 4. 5.

XIII. Quinam sint affectus noxæ deditionis, et quid si non dominus noxæ dederit. 9. 4. 9.

XIV. An et quando noxalis actio contra bonæ vel malæ fidei possessorem, fructuarium, creditorem, jus pignoris in servo habentem, commodatariam, similesque dari possit. 9. 4. 6.

XV. Recensentur casus, quibus quis noxali actione conventus liberari nequit noxæ dando. 9. 4. 7.

XVI. An si domino sciente et patiente servus deliquerit, directa et noxalis actio contra dominum detur, et an altera alteram tollat. 9. 4. 7.

XVII. Quid si unus dominorum sciverit, alter ignoraverit; quid si omnes sciverint. 9. 4. 7.

XVIII. Recensentur casus, quibus neque damnum reparandum, neque servus noxæ dandus, sed reus a judicio noxali liberandus est. 9. 4. 9.

XIX. Quid juris, si plures servi simul deliquerint. 9. 4. 9.

XX. Quid si servus unus sæpius deliquerit, et dominus ab uno conventus, damnum reparaverit, aut servum agenti noxæ dederit. 9. 4. 9.

XXI. Peti potest exhibitio familiæ servorum, ut agnoscatur servus qui læsit; quo in loco noxalis actio movenda sit. 9. 4. 9.

XXII. Olim noxalis actio etiam ex filiifamilias delicto dabatur, hodie non. 9. 4. 10.

XXIII. Tamen de delictis perpetratis a liberis pater tenetur quoties illi deliquerunt in officio aut ministerio cui præpositi fuerunt. 9. 4. 10.

XXIV. Domini in solidum tenentur ex delictis famulorum perpetratis in officio aut ministerio cui a domino fuerant præpositi. 9. 4. 10.

XXV. Quid si aut nulla aut longè minor merces famulo debita sit. 9. 4. 10.

XXVI. Quid si a dominis aut parentibus præpositi, dominis ignorantibus aut scientibus, sed prohibere non valentibus. 9. 4. 10.

XXVII. Quid si liberi, vel famuli, fraudem fecerint de vectigalibus, ignorante patre vel domino. 9. 4. 10.

XXVIII. Jus singulare, quod insolatores (*bleeckers*) et collium cuniculariorum conductores ex factis famulorum et ancillarum teneantur. 9. 4. 10.

XXIX. Quousque pater, cujus filius puellam prægnantem fecit, respectu alimentorum et dotis. 9. 4. 10.

XXX. An exercitores teneantur ex delictis magistrorum, et an de delictis extra officium perpetratis. 14. 1. 7.

XXXI. Quid si magister piraticam exercuerit. 14. 1. 7.

XXXII. Quid si præfecti navales, qui prædam in hostes agere debuerant, sociis et fœderatis nocuent; an eo nomine respublica teneatur. 14. 1. 7.

XXXIII. Obligat institor præponentem delinquendo, quod exemplis monstratur tibitinarii, pistoris et pharmacopolæ. 14. 3. 4.

V. sup. p. 103, *ch. II, n.* 1, *sect. II, n.* 8. —*Sect. IV, n.* 4 *et seqq.*—*Sect. V, n.* 9 *et seqq.*

Du dommage causé par les animaux.

1385. — I. Quæ actiones et pœnæ obtineant, jure romano vel hodierno, si animalia in alieno, vel publico, depascant, sive immissa ab alio, sive nullo immittente. 9. 1. 1.

II. An actio de pastu etiam contineat lucrum speratum. 9. 1. 1.

III. Quid juris si meum animal depascat in meo glandes alienas in meo cadentes. 9. 1. 2.

IV. Et quid si se horreo alieno applicet, ibique depascat. 9, 1. 2.

V. An animal alienum in meo depascens includere possim pro damno; et quid moribus. 9. 1. 3.

VI. Quo sensu equus calcitrosus, et bos cornu petere solitus nocere dicatur contra naturam sui generis. 9. 1. 4.

VII. Quando directæ, quando utili actioni de pauperie etiam ex facto animalis feri locus sit. 9. 1. 4.

VIII. Qualis actio detur, si alius instigaverit, 9. 1. 4.

IX. Quæ sub nomine concitationis intelligenda sunt. 9. 1. 5.

X. Recensentur species factorum nobiliores quibus actio de pauperie locum habet. 9. 1. 5.

XI. Quid si arietes et boves inter se damnum commisi sint. 9. 1. 5.

XII. Quid in equis mulis sine causâ calce percutientibus. 9. 1. 6.

XIII. Quid si animal concitaverit aliud quod tertio damnum det. 9. 1. 6.

XIV. Quid si quadrupes pauperiem fecerit non corpore suo sed per aliam rem quam tetigit, veluti si cessim euntibus jumentis, si plaustro recedente homo obtritus sit, et similibus. 9. 1. 5.—*V. sup. p.* 103, *ch. II, n.* 14. — *Art.* 1384, *n.* 1 *et* 2.

XV. Quid si casu damnum datum sit. 9. 1. 6.

XVI. Quid juris, si canis sponte, vel alieno instigatu, aut culpâ nocuerit, ligatus aut solutus. 9. 1. 9.

XVII. Quibus et contra quos tum directa tum utilis de pauperie actio datur. 9. 1. 7.

XVIII. Ad quid tendant; an et deformitatis similiumque habenda ratio, si homini libero nocitum sit, jure civili, ac moribus. 9. 1. 8.

XIX. An adhuc hodie supersit facultas noxæ dandi animal. 9. 1. 9.

TITRE V. — *Du contrat de mariage et des droits respectifs des époux.*

CHAPITRE PREMIER.

DISPOSITIONS GÉNÉRALES.

Principes généraux. Questions diverses.

I. Conjuges aut parentes eorum concipere possunt pacta dotalia. 23. 4. 19.

II. Pacta patris dotalia prosunt liberis ip-

sis matrimonium contrahentibus, ut indè agere possint. 23. 4. 10.

III. Prosunt etiam liberis aut nepotibus sive suis sive emancipatis, si illis dotem restitui pater pactus sit. 23. 4. 16.

IV. Pactum filiæ de dote matri suæ reddendâ, matri prosit ad agendum aut excipiendum. 23. 4. 16.

V. Extraneus dotem dans in continenti, etiam invitâ puellâ dotandâ, pacisci potest dotem sibi reddi. 23. 4. 11.

VI. Potest aliis permittere ut illi paciscantur sibi dotem restitui, ipse aliis pacisci nequit. 23. 4. 11.

VII. An ei cui actio de dote sibi restituendâ semel nata fuit, invito jus illud testamento vel pacto posteriore adimi directo vel per indirectum potuerit. 23. 4. 16.

VIII. Moribus hodiernis parentes, cognati, tutores, pro futuris conjugibus pacisci possunt, modo futuri conjuges illa pacta expressè aut tacitè probaverint. 23. 4. 16.

IX. An solus pater superstes, uti solus consentit in nuptias liberorum ita et solus eorum nomine pacta dotalia concipere possit, operaturu etiam quantum ad bona materna, an magis tutores etiam adhibendi sint. 23. 4. 13. — *V. art.* 1398. 1545.

X. Quo ordine species pactorum dotalium hic tractentur. 23. 4. 14.

XI. An si parentes aut extranei dotem conjugibus dederint, cum pacto dotali, ut ad se vel ad certas alias personas designatas dos soluto matrimonio revertatur, conjuges in præjudicium istius pacti disponere testamento possint. 23. 4. 61.

XII. An pacta dotalia extendenda de casu in casum. 23. 4. 70.

XIII. An quod pactis omissum est ex jure romano an statutario decidi debeat. 23. 4. 70.

XIV. Potest in non expressis colligi mens paciscentium ex probabilibus conjecturis; etiam admittendum est argumentum a contrario sensu, vel a minori ad majus. 23. 4. 71.

XV. Expressum in uno oppositorum subaudiri debeat in altero : quæ exemplis exponuntur. 23. 4. 71.

XVI. Pacta dotalia obscure habere possunt interpretationem a pactis circa dotes aliis liberis datas conceptis. 23. 4. 72.

XVII. Pacta de dote concepta etiam in dubio obtinent in dotis augmento. 23. 4. 72.

XVIII. Subauditur tacita conditio *si sine liberis* cùm parentes paciscuntur ut, mortuâ in matrimonio filiâ, dos ad se redeat. 23. 4. 73.

XIX. Pacta dotalia strictam recipiunt interpretationem. 23. 4. 74.

XX. In pacto ut mobilia omnia maneant penes superstitem, actiones non continentur. 23. 4. 74.

XXI. Pactum ut bona redeant aut restituantur in dubio uno actu impletur. 23. 4. 74.

XXII. An si pater liberis materna eorum bona in dotem det, cum pacto ut redeant ad latus undè profecta, hoc ipso se et suos exclusisse ac soli maternæ lineæ pactus fuisse videatur. 23. 4. 74.

XXIII. An si cautum ut liberis conjugum sine prole ulteriore morientibus, bona devolvantur ad proximiores succedant qui liberis, an vero qui ipsis parentibus proximiores sunt. 23. 4. 74.

XXIV. Cujus loci statuta spectanda sint in pactitio, vel statutario lucro dotis. 23. 4. 25.

V. C. civ., art. 217, n. 18 *et seqq.*

Quelles conventions peuvent faire les epoux.

1387. — I. Pacta dotalia vel ad voluntatem spectant vel ad jus, et quæ sint hæc. 23. 4. 15.

II. In pactis dotalibus voluntas contrahentium spectatur, si neque juri adversetur aut bonis moribus. 23. 4. 15.

III. Recensentur pacta plura dotalia quæ bonis moribus adversantur. 23. 4. 16.

IV. Quid nostris moribus. 23. 4. 19.

1388. — I. Recensentur pacta dotalia quæ legibus adversantur. 23. 4. 16.

II. Enarrantur pacta reprobata, quia vel mulieres superstites reddunt indotatas, vel dotis conditionem et repetitionem faciunt deteriorem ac difficiliorem. 23. 4. 17.

III. Quousque licuerit tamen pacto deteriorem reddere dotis conditionem tum jure romano tum moribus. 23. 4. 17.

IV. Quousque per pacta dotalia effectus nuptiarum restringi, minui, tolli possint. 23. 2. 96.

V. Non valet pactum ut maritus in uxoris potestate sit. 23. 4. 20.

VI. Non valet pactum ut maritus tyro artificii, durante tyrocinii tempore, nullam habeat auctoritatem. 23. 4. 20.

VII. Non valet pactum ne maritus pro uxore in judicio consistat. 23. 4. 20.

VIII. Non valet pactum ne unquam maritus domicilium mutet. 23. 4. 60.

IX. Non valet pactum ut liceat conjugibus vetitas statuto donationes inter se exercere. 23. 4. 20.

X. An valeat pactum ne conjux conjugi gratificetur, cùm id statuto permissum esset. 23. 4. 60.

XI. Valet pactum quo adimitur marito potestas alienandi res uxoris, cum statutum id ipsi permitteret. 23. 4. 21. — *V. art.* 1428. 1497. 1535. 1538. 1554. 1575.

XII. Valet pactum de lucrandâ dote, et propter nuptias donatione, licet non sit utrimque eadem quantitas definita, vel tantum ex uno latere lucrum pacto comprehensum sit. 23. 4. 22. — *V. art.* 1497. 1520.

XIII. Nec cessat pactum hoc ob id quod dos promissa numerata non sit, aut maritus uxorem durius habuerit. 23. 4. 22.

XIV. An corruat pactum de lucrandâ dote, si dos sub conditione vel ex die certo incertove promissa sit, et ante diei vel conditionis existentiam matrimonium dissolvatur. 23. 4. 23.

XV. Uti per mortem naturalem, ita quoque per mortem civilem effectum habet pactum de dote lucrandâ. 23. 4. 24. — *V. art.* 1441.

V. du Mariage, chap. V, Pr. gén., n. 5. — *Art.* 214-615. — *Des Seconds mariages, Pr. gén.*, n. 16. — *Art.* 891, n. 1.

1389. — I. De pactis dotalibus agentibus de futurâ successione vel conjugum inter se, vel tertii in bona conjugum, vel tertii in bona liberorum a conjugibus ad liberos profecta, et de his qui scripserint de hisce pactis. 23. 4. 37 bis.

II. De donatione propter nuptias et in quibus conveniat cum dote, in quibus differat; et de origine ejus. 23. 3. 21.

III. Æqualitas inter dotem et propter nuptias donationem hodiè non servatur. 23. 3. 22.

IV. An hodiè hujus donationis usus sit. 23. 3. 22.

V. An non, si id actum, ut uxor omnia ferat onera matrimonii, maritus donationem salvam habeat. 23. 3. 22.

VI. An tunc marito competat legalis hypotheca in bonis uxoris pro recuperandâ propter nuptias donatione. 23. 3. 22.

1390. 1391. — I. Moribus hodiernis possunt conjuges pacto dotali generaliter eligere jus alterius loci circa effectus futuros sui matrimonii. 23. 4. 18.

II. Hoc est si modo lex domicilii conjugum aut situs immobilium non prohibeat pacto caveri ea quæ lex alterius loci pactis dotalibus electa inducit. 23. 4. 19.

III. An Ultrajectinus habens liberos primi thori possit pacto dotali eligere leges illius loci, in quo etiam in præjudicium liberorum primi thori universalis communio inter conjuges viget. 23. 4. 18.

IV. Pacto dotali id agi potest, ut universalis bonorum inter conjuges communio regatur ex legibus alterius loci, quam domicilii mariti. 23. 4. 87. — *V. art.* 1497.

De la constitution des biens en dot.

1392. — Dotes quidem, at non jure dotium apud nos obtinent, nisi pacto dotali reducta sint. 23. 3. 1. — *V. art.* 1541.

A défaut de conventions, la communauté est de droit commun.

1393. — I. Jure civili per nuptias non inducebatur universalis bonorum inter conjuges communio; secùs secundum mores multarum gentium. 23. 2. 65.

II. Quibus in locis et quousque vigeat bonorum inter conjuges communio. 23. 2. 67.

III. Positâ statutariâ communione omnia præsentia et futura ipso jure inter conjuges communicantur ratione possessionis et proprietatis, licet mariti solius nomine stante matrimonio quæsita. 23. 2. 68. — *V. art.* 1401.

IV. Nec impedit communionem patrimoniorum quantacumque disparitas; nec quod alteruter conjugum spurius est, et ob id fortè

fiscus in ejus bona succedere debeat. 23. 2. 68.

V. Sed respectu hujus statutariæ communionis interest utrum matrimonium ineuntes nobiles an plebeii sint. 23. 2. 68.

VI. An et quando præsumendum sit communionem conjugalem inter conjuges esse. 23. 2. 91.

De la rédaction des conventions matrimoniales.

1394. — I. Pacta dotalia tantum ante nuptias concipi possunt jure hollandico. 23. 4. 1.

II. Jure romano autem concipi possunt seu ante nuptias, seu stante matrimonio. 23. 4. 1.

III. Pacta dotalia jure civili et hodierno non scripturam necessario requirunt. 23. 4. 2.

IV. An pacta dotalia in scripturam non redacta, vel deperdita, cum scripta fuissent, probari possint solâ conjugum confessione coram tabellione ac testibus factâ. 23. 4. 5.

V. An pacta dotalia jure romano ac hodierno desiderent insinuationem apud acta, aut quinque testium præsentiam, aut tabellionis adhibitionem. 23. 4. 4.

VI. Cujus loci leges circà solemnia pactorum dotalium servandæ sint. 23. 4. 4. — *V. art.* 1390. 1393. 1400.

VII. Pacta hæc vel expressè vel tacitè ineuntur. 23. 4. 3.

VIII. Si post divortium inter eosdem conjuges redintegretur matrimonium, pacta priora tacitè censentur repetita. 23. 4. 5.

IX. Non item si cum tertio novæ nuptiæ contrahantur; recensentur tamen quædam exceptiones. 23. 4. 5.

Des changements qui seraient faits aux conventions matrimoniales.

1395. — I. Pacta dotalia publica clandestinis anterioribus aut posterioribus potiora sunt, nec operantur quicquam privatæ ac clandestinæ repromissiones, quod exemplis docetur. 23. 4. 6.

II. Ex intervallo nec extraneus nec pater qui dotem dedit pacisci potest eam sibi reddi, nisi consentiat dotata. 23. 4. 11.

III. Ex pactis dotalibus agi potest, si nuptiæ secutæ, nec pacta dotalia mutata sint. 23. 4. 59.

IV. An voluntate conjugum per actum inter vivos mutari possint, consentientibus illis quorum interest. 23. 4. 56.

V. Si testamento mutanda sint, an expressâ et specificâ eorum revocatione opus sit. 23. 4. 60.

VI. An si parentes aut extranei dotem conjugibus dederint cum pacto dotali, ut ad se vel ad certas alias personas designatas dos soluto matrimonio revertatur, conjuges in præjudicium istius pacti disponere testamento possint. 23. 4. 21.

VII. Et quid si parentes aut alii dotem dantes tantum generaliter pacti sint, ut bona redeant ad latus undè profecta. 23. 4. 61.

VIII. Si conjuges bona propria contulerint, cum pacto ut alter alteri succedat, vel cum exclusione statutariæ communionis, unus altero invito mutare testamento nihil potest. 23. 4. 62.

IX. Nec communi consensu in locis illis ubi gratificatio inter conjuges ne testamento quidem fieri potest. 23. 4. 62.

X. In Hollandiâ id fieri potest communi consensu, sed ultimus superstes adhuc pactis dotalibus stare potest, si nullum ex testamento conjugis defuncti commodum agnoverit. 23. 4. 62.

XI. Imo et clam altero adhuc vivente potest mutare voluntatem; nec tunc specificâ voluntatis prioris revocatione opus est, sed generalis sufficit. 23. 4. 62.

XII. An conjuges, qui propria bona contulerunt, et pacto dotali caverunt ut bona redeant ad latus illud undè profecta, vel certas personas sibi successuras designarunt, pacta talia dotalia testamento mutare simul et separatim possint. 23. 4. 63.

XIII. An et post mortem conjugis conjux superstes respectu suæ successionis, cùm conjuges simul disposuissent, quo modo ac ordine post conjugis ultimo superstitis mortem in bona communia successio fieret. 23. 4. 23.

XIV. Et quid si conjux de conjugis alterius bonis ex ejus consensu testatus sit. 23. 4. 63.

XV. An mutatio conjugibus permissa si illi quibus per pactum dotale erat destinata successio, ex voluntate conjugum bona sibi restitui in iisdem tabulis pacti sint. 23. 4. 64.

XVI. Si conjuges tabulis dotalibus caverint de suâ futurâ successione, an hoc ipso censeantur revocasse sua testamenta pactis dotalibus anteriora, quibus alios instituerant. 23. 4. 65.

XVII. Si conjuges pactis dotalibus caverint, quomodo liberis suis sine prole decedentibus succedi debeat, an tunc conjuges illum ordinem præfinitum mutare possint. 23. 4. 66.

XVIII. An et ipsi liberi in contrarium testari, aut bona inter vivos alienare. 23. 4. 66.

XIX. Si tertius sive parens futurorum conjugum, sive cognatus, aut extraneus, pacto dotali promiserit successionem sponso sponsæve, an testamento id mutare possit in Hollandiâ, Ultrajecti, in Frisiâ alibique. 23. 4. 67.

XX. An in casu quo successio pactis dotalibus delata non potest testamento mutari, fideicommisso gravari possit qui successurus est. 23. 4. 68.

XXI. An non in casu quo per pactum dotale, æqualis successionis promissio facta est. 23. 4. 68.

XXII. An non tunc omnibus successoris diminui possit spes successionis, aliis simul institutis; an non per alienationem rerum actu inter vivos. 23. 4. 68.

XXIII. Cujus loci statuta spectanda sint circa mutabilitatem aut immutabilitatem pactorum dotalium. 23. 4. 69.

1396. — An tales qui nullius indigent auctoritate, pacta dotalia publica, amicorum fide firmata, mutare possint pactis clandestinis, postea sine amicorum interventu conceptis. 23. 4. 7. — *V. art.* 1393.

1397. — I. An et clandestina pacta censeri debeant, quæ non ipsi instrumento dotali, sed catologo bonorum, ad pacta dotalia se referenti, inserta sunt. 23. 4. 2.

II. Si conjuges in pactis publicis se retulerint ad aliam scripturam certo modo conficiendam, et illa vel planè, vel non, eo modo facta sit, nihil hoc operatur. 23. 4. 9.

De la capacité du mineur pour les conventions matrimoniales.

1398. — Non inducitur communio ex nuptiis cum minore sine parentum vel tutorum aut agnatorum consensu initis, si ea minori damnosa sit. 23. 2. 66.

—

CHAPITRE II. — *Du régime en communauté.*

Notions générales. Questions diverses.

I. Quæ prima statutariæ inter conjuges communionis origo sit. 23. 2. 66. — *V. art.* 1393.

II. Disputatur prolixè pro eâ sententiâ, quod communio universalis, quam inter conjuges, sine pactis dotalibus in matrimonium convenientes, inducit statutum domicilii mariti, vel è contrario excludit, etiam tacito conjugum pacto inducta vel exclusa intelligatur, quantum ad immobilia in illis sita locis, ubi contrarium statutum viget, per pacta contraria sibi derogari, ac satisfit objectionibus variis. 23. 2. 85.

III. Superior decisio non habet locum, si sponsus tempore nuptiarum domicilium suum ad locum domicilii sponsæ transferre constituerit. 23. 2. 86.

IV. An ex migratione conjugum ad locum, alio jure utentem circa communionem, tollatur communio quæ ab initio nuptiarum erat inducta, et vice versâ. 23. 2. 87. — *V. art.* 1395.

V. Quid si nominatim testati sint conjuges, sibi circa communionem placere novi domicilii leges. 23. 2. 87 — *V. art.* 1395.

VI. Quid juris circa communionem si maritus tempore nuptiarum in duobus locis diverso jure utentibus, domicilium foveat. 23. 2. 82.

VII. An inducatur communio per secundas nuptias in præjudicium liberorum primi thori. 23. 2. 89.

VIII. An per præmaturum sponsi cum sponsâ concubitum. 23. 2. 82.

IX. An per matrimonium putativum. 23. 2. 89.

X. De pacto dotali, quo universalis bonorum communio inter conjuges inducitur, cum statuto non esset inducta. 23. 4. 26.

XI. Quæ res veniant in hanc pactitiam communionem; an et feuda. 23. 4. 26.

La communauté commence du jour du mariage.

1399. — I. Ut effectus nuptiarum locum habeant, an, et ubi consensus sine concubitu sufficiat; ubi præter consensum concubitus requiratur. 23. 2. 93.

II. Positâ concubitûs necessitate, recensentur variæ quæstiones quæ circa ipsum concubitum agitantur. 23. 2. 94.

III. Quod si post peracta denunciationum solemnia alteruter moras nectat in nuptiis contrahendis et mors interim superveniat, an effectus matrimonii perindè locum habeant, ac si nuptiæ contractæ essent. 23. 2. 92.

—

PREMIÈRE PARTIE. — *De la communauté légale.*

V. suprà, Pr. gén.

1400. — Quid intersit inter societatem pactitiam juris civilis universalem et hanc statutariam inter conjuges. 23. 2. 92.

—

SECTION PREMIÈRE. — DE CE QUI COMPOSE LA COMMUNAUTÉ ACTIVEMENT ET PASSIVEMENT.

—

§ Ier.

De l'actif de la communauté.

1401. — I. Si mulier sine publicâ auctoritate a viro recedens seorsim habitet, an fiat lucrorum a viro quæsitorum particeps. 24. 2. 16.

II. Si maritus molibus jactis sui aut uxoris fundi alluvionem auxerit, an tunc alluvio pertineat ad acquæstus. 23. 1. 3.

III. An si maritus occiderit propinquum, cui debebat hæres esse, uxor partem dimidiam istius hæreditatis quâ maritus se indignum fecit, vindicare possit, positâ omnium bonorum communio. 23. 2. 57.

IV. Vel an soluto matrimonio prius æstimationem ejus, uxor præcipere ante divisionem possit. 23. 2. 57.

V. Quid si maritus aut uxor ex justâ causâ exhæredati sint a suis parentibus, positâ universali communione. 23. 2. 57.

VI. De pacto dotali, quo universalis bonorum communio inter conjuges inducitur, cùm statuto non esset inducta. 23. 4. 26.

VII. Quæ res veniant in hanc pactitiam communionem. 23. 4. 26.

VIII. An et feuda. 23. 4. 26.

IX. Positâ statutariâ communione, an omnia præsentia et futura ipso jure inter conjuges communicentur ratione possessionis et proprietatis, licet mariti solius nomine, stante matrimonio, quæsita. 23. 2. 68.

X. Nec impedit communionem patrimoniorum quantacumque disparitas; nec quod alteruter conjugum spurius sit, et ob id fortè fiscus in ejus bona succedere debeat. 23. 2. 68.

XI. An nobilitas impediat. 23. 2. 68.

XII. An in universalem communionem veniant etiam turpia lucra. 23. 2. 69.

XIII. In universalem communionem bonorum veniunt certo certius omnia quæ sub acquæstuum communione continentur. 23. 2. 70.

XIV. An feuda in Hollandiâ, Gelriâ, ac Ultrajecti veniant in communione universali. 23. 2. 71.

XV. An non saltem eatenus, ut conjux alter soluto matrimonio æstimationem feudi ex allodiis præcipiat. 23. 2. 71.

XVI. An feuda stante matrimonio quæsita jure successionis aut titulo particulari oneroso vel lucrativo. 23. 2. 72.

XVII. An alluvio feudi ante nuptias quæsiti, si illa stante matrimonio contigerit. 23. 2. 72.

XVIII. An bona dominica, Gelris dicta *heeren goederen*; an gentilitia, aut emphyteuticaria; an censualia; an agri adscriptitiorum; an dominium directum feudi vel emphyteuseos. 23. 2. 73.

XIX. An canonicatus et prebendæ ante nuptias, vel stante matrimonio, acquisitæ. 23. 2. 74.

XX. An munera venalia. 23. 2. 75.

XXI. An jus ipsum patronatûs. 23. 2. 76.

XXII. An arrhæ sponsalitiæ, et jocalia doni matutini titulo data. 23. 2. 78.

XXIII. An ornamenta stante matrimonio per virum uxori empta. 23. 2. 78.

XXIV. Quæ continentur sub acquæstu, et qui de eo tractaverint. 23. 4. 32.

XXV. An quæsita ex industriâ, opificio, artificio. 23. 4. 32.

XXVI. An acquisita per occupationem, cum nullius propria essent. 23. 4. 32.

XXVII. An scelere quæsita; an liberis contemplatione parentum quæsita seu profectitia. 23. 4. 32.

XXVIII. An fructus naturales, industriales, civiles, et alia quæ usufructuario cedunt de jure. 23. 4. 32.

XXIX. An usufructus alterutri conjugum ante nuptias aut stante matrimonio quæsitus. 23. 4. 32.

XXX. An fructus ex jure usufructûs stante matrimonio percepti, vel ex consolidatione usufructûs cum proprietate quæ ad unum conjugem pertinebat. 23. 4. 32.

XXXI. An in acquæstu sint res stante matrimonio emptæ. 23. 4. 33.

XXXII. An et si venditor adjecerit pactum de retrovendendo. 23. 4. 33.

XXXIII. Quid si maritus ex pecuniâ sibi cum uxore communi emerit filio primi thori fundum aut reditum vitalitium. 23. 4. 33.

XXXIV. An et vestes tum uxoris tam mariti causâ emptæ, paratæ; an et munus venale stante matrimonio emptum. 23. 4. 34.

XXXV. An sub acquæstu continentur pensiones, usuræ, quarum dies ante nuptias, vel soluto demum matrimonio cessit. 23. 4. 47.

XXXVI. An fructus naturales ante nuptias, vel soluto matrimonio percepti. 23. 4. 47.

V. art. 1393. 1402. 1404.

De la présomption d'acquêts.

1402. — I. Quidquid probari potest alterutrius conjugis proprium esse, non continetur sub acquæstu, licet in catalogo rerum utrimque collatarum non sit expressum. 23. 4. 31.

II. Sed quod non probatur alterutrius proprium, in dubio acquæstus censeri debet. 23. 4. 31.

III. An in acquæstu sit hæreditas stante matrimonio empta, vel cùm conjux ex parte hæres esset, pars altera, quam cohæres acceptâ pecuniâ conjugi cessit. 23. 4. 37.

IV. An et pars dimidia si mariti soror ejus paternam hæreditatem ex asse cesserit, cùm posset dimidiam illam partem jure suo vindicare. 23. 4. 37.

V. An in acquæstu sit fundus a cognato uxoris aut mariti venditus, ac stante matrimonio per conjuges retractus. 23. 4. 38.

VI. An fundus quem a cognato uxoris emit maritus, et quem uxor jure sanguinis potuisset retrahere. 23. 4. 38.

VII. An utile dominium emphyteuseos aut feudi quod maritus ex jure directi dominii, sibi aut uxori competentis retraxit. 23. 4. 38.

VIII. An res mariti vel uxoris, quæ ab hostibus capta, jure postliminii stante matrimonio reversa vel redempta est. 23. 4. 41.

IX. An fundus mariti vel uxoris, qui ante matrimonium vel simpliciter vel cum pacto de retrovendendo est venditus, ac iterum stante matrimonio redemptus. 23. 4. 41.

X. An res ante nuptias ab alterutro conjuge vendita, si stante matrimonio per legem commissoriam appositam aut per remedium *l. 2 Cod. de rescind. vend.*, venditio resolvatur. 23. 4. 41. — *V. art.* 1404. 1498. 1499.

1403. — *V. art.* 1401, *n.* 28 *et seqq.* — *Art.* 1498. 1499. 520. 521.

Des biens exclus de la communauté.

1404. — I. An veniant in communione generali bona fideicommissaria, vel eâ lege donata ut donatario sine liberis moriente redeant ad donantis hæredes, et conditio extiterit. 23. 2. 77.

II. Non veniunt in communionem acquæstuum quæ stante matrimonio re ipsâ acquisita, sed quorum causa acquirendi est matrimonio antiquior, licet quædam stante matrimonio ob id erogata sint. 23. 4. 39.

III. An res ante nuptias empta, sed stante matrimonio tradita, cùm et pretium stante matrimonio esset de communi numeratum. 23. 4. 39.

IV. An in prorogationem consentire debeat is, cujus aliàs eâ de re notio fuisset. 2. 1. 15.

V. Etiam minoribus magistratibus rectè fit, ut et mandatariis jurisdictionis, si ipsis generaliter jurisdictio mandata sit; non si specialiter unus actus. 2. 1. 16.

VI. Non potest fieri collegiis quibus tantùm certæ causæ sunt demandatæ judicandæ. 2. 1. 17.

VII. Quomodo fiat tacita prorogatio per aditionem judicis non competentis ab utroque litigante, ac sciente, sponte factam; quomodo per litis contestationem, si per errorem uterque sponte adiverit; quâ occasione explicatur l. 4. C. h. t. 2. 1. 18.

VIII. Solvuntur objectiones contra superiorem sententiam. 2. 1. 12.

IX. Si actor reum invitum in jus vocaverit ad non competentem judicem, reus non censetur prorogasse jurisdictionem, nisi litem contestetur aut cautionem ab actore exigat, vel dilatorias alias opponat exceptiones, etiam si illæ admissæ sint. 2. 1. n. 20 et 22.

X. An arresto detentus post interpositam cautionem adhuc possit fori declinatoriam exceptionem opponere. 2. 1. 21.

XI. Actor qui reum vocavit ad judicem competentem, non potest deindè invito reo litem ad aliud forum transferre, licet reus necdum litem cum actore fuisset contestatus. Utcumque alicubi contrarium dicatur usu fori receptum esse. 2. 1. n. 23 et 24.

XII. Non censetur prorogasse jurisdictionem qui invitus, viribus præturæ compulsus, litem movit vel excepit apud judicem incompetentem. 2. 1. 25.

XIII. Proponitur conciliatio quorumdam inter l. 18. ff. h. t. et l. pen., C. de pactis, ac reprobatur. Nova conciliatio tentatur. 2. 1. n. 20 et 27.

XIV. Consensu utriusque judex derelinqui potest apud quem litigari cœptum, et sententiam petere ab alio de causâ necdùm terminatâ. 2. 1. 26.

XV. An prorogatio pacto vel contractu facta pœnitentiam admittat alterutro invito. 2. 1. n. 26 et 27.

XVI. Prorogatio pacto facta hæredem prorogantis tenet; non tamen Ultrajecti. 2. 1. 28.

XVII. Uti et viduam prorogantis ac maritum ejus secundùm jure maritalis potestatis conventum ex negotio prioris mariti, posito jure hodierno, quod uxor ex viri contractu obligatur. Contra tamen Ultrajecti. 2. 1. 29.

XVIII. Non tamen fidejussorem prorogantis. 2. 1. 30.

XIX. Generalis prorogatio sufficit nisi specialis statuto desideretur quod de Hollandiæ et aliarum quarumdam regionum curiis provincialibus cautum est, sed in aliis mediis Hollandiæ tribunalibus locum non habet. 2. 1. 31.

XX. Si is, qui prorogationem fecit, in territorio moretur, ad nudam citationem, sine rerum aut personæ apprehensione se sistere tenetur. 2. 1. 32.

XXI. An prorogatio fieri possit ratione loci. 2. 1. 33.

XXII. An temporis intuitu. 2. 1. 34.

XXIII. De prorogatione respectu personarum et quantitatis, et quid hodie in his obtineat. 2. 1. 35. — 5. 1. 85.

XXIV. Recensentur casus ex jure hodierno quibus jure singulari prorogatio reprobata fuit veluti in quæstione assecurationis, litibus minoris quantitatis, etc. 2. 1. 36.

XXV. An in causis criminalibus prorogatio valeat. 2. 1. 37.

—

§ IV.

De la prorogation légale ou de la reconvention.

I. Quid sit reconventio. 5. 1. 78.

II. Causa conventionis et reconventionis per eumdem judicem debet terminari. 11. 2. 1. — 5. 1. n. 38 et 78.

III. Quid juris si reconventus, respondere nolit. 5. 1. 78.

IV. An actor renunciando liti inchoatæ possit evitare reconventionem. 5. 1. 78.

V. An conventus ex contractu reconveniri possit pluribus actionibus, etiam natis ex delicto. 5. 1. 78.

VI. An reconventio, et quousque in injuriarum actione locum habeat. 5. 1. 78.

VII. An unus ex pluribus cohæredibus agentibus aut conventis, reconveniri vel reconvenire ex aliâ causâ possit. 5. 1. 78.

VIII. Nemo invitus cogitur reconvenire. 5. 1. 79.

IX. An reus pendente lite possit actorem aliâ lite apud alium judicem pulsare. 5. 1. 79.

X. Quo tempore, et an post litem contestatam reconventio fieri possit. 5. 1. 80.

XI. An et post sententiam in appellatione. 5. 1. 80.

XII. An tutor, curator, administrator nomine officii pro pupillo et similibus agens, reconveniri possit de eo quod suo nomine debet, et vice versâ. 5. 1. 81.

XIII. An socius nomine societatis agens, de eo quod aliâ ex causâ solus debet, reconveniri possit, et vice versâ. 5. 1. 82.

XIV. An actor reconveniri ab eo qui reo in lite assistit, veluti ab auctore qui emptori vocato adest. 5. 1. 83.

XV. An auctor vocatus ut assistat, emptorem vocantem reconvenire possit. 5. 1. 83.

XVI. An is qui in rem suam procurator constitutus est per cessionem actionis, si agat, reconventionem pati teneatur, de eo quod cedens debet, per distinctiones explicatur. 5. 1. 84.

XVII. Non potest fieri reconventio apud judices tales qui in eâ causâ de quâ fit mutua petitio, ne ex speciali quidem prorogatione possent competentes esse. 5. 1. 85.

XVIII. Quid juris si reconventio fiat de majore quantitate, potestatem vulgò excedente. 5. 1. 85. — 2. 1. 35.

XIX. An reconventioni locus ubi tantum extraordinaria fit imploratio officii judicis, quæ non continet ullam juris persecutionem, veluti ut tantùm insinuatio alteri fiat. 5. 1. 86.

XX. An in summariis et in privilegiatis causis reconventio ex causâ non privilegiatâ locum habeat. 5. 1. 86.

XXI. An et tunc si utraque causa simul terminanda sit. 5. 1. 86.

XXII. Quid juris si utraque causa summaria sit. 5. 1. 86.

XXIII. Moribus reconventio admissa in interdictis adipiscendæ possessionis, non item in interdictis recuperandæ possessionis. 5. 1. 87.

XXIV. Reconventio non admissa in causâ fractæ pacis publicæ. 5. 1. 87.

XXV. Propter quas rationes et quibus in causis judex possit terminare causam conventionis ante causam reconventionis, atque ita diversis temporibus. 5. 1. 88.

XXVI. Condemnatus tamen ex conventione potest id, in quod damnatus est, deponere apud judicem, et arrestare pro eventu litis in reconventione. 5. 1. 88.

XXVII. Reconventus non potest iterum secundam facere reconventionem. 5. 1. 89.

—

§ V.

De l'empire de la juridiction.

I. Jurisdictioni cohæret imperium; quid id sit, et an etiam in voluntariâ jurisdictione inveniatur. 2. 1. 38.

II. Quid sit merum imperium et in quibus consistat. 2. 1. 39.

III. An merum imperium in solâ punitione; et undè dicatur imperium merum. 2. 1. 40.

IV. Municipales magistratus non habuerunt merum imperium; moribus omninò; uti et curiæ provinciales. 2. 1. 41.

V. Quid sit imperium mixtum et quæ eo pertineant. 2. 1. 42.

VI. Naturâ distinctum esse imperium mixtum a jurisdictione, et cur plura in jure quandoque imperio, quandoque jurisdictioni adscribantur. 2. 1. 43.

VII. Plenius adstruitur, mixtum imperium a jurisdictione distinctum esse. 2. 1. 44.

VIII. Jurisdictio hodie sæpè consideratur ut patrimoniale quid; in altam, mediam, et bassam dividitur; quibus remediis juris defendatur, et qui prolixius de eâ et usu hodierno scripserint. 2. 1. 45.

IX. Extra territorium jus dicenti aut iis qui in territorio non sunt, nec ibi bona habent impunè non pareri; et ei tunc, aut apparitori ejus, vim inferenti, jure resisti. 2. 1. 46.

X. Recensentur tamen casus ex jure romano et hodierno, quibus vel jus dicitur ei qui in territorio non est, vel jus dicitur in territorio alterius magistratûs, illo præsertim in id consentiente. 2. 1. 47.

XI. Non potest judex excedere jurisdictionem suam certâ quantitate limitatam; nec sententia valeret usquè ad summam concurrentem, nisi diversa contineret capita haud sibi invicem connexa. 2. 1. 48.

XII. De quantitate inspiciendum quantum petatur, non quantum debeatur. 2. 1. 48.

XIII. Quid juris si plures quantitates petantur, quæ singulæ jurisdictionem non superant, coacervatæ excedunt. 2. 1. 49.

XIV. Nemo sibi vel suis jus dicere potest, ac ne collegia quidem privilegiata. 2. 1. 58.

XV. Nisi adversarius consentiat, vel prætor definiat, an sua sit jurisdictio; vel quæstio sit de jurisdictione voluntariâ; vel principi lis cum alio intercedat. 2. 1. 51.

XVI. Par in parem aut superiorem non habet imperium, nisi is se sponte subjiciat. 2. 1. 52.

XVII. Quid juris si magistratus major, in alterius magistratûs, dignitate minoris, territorio litiget aut delinquat. 2. 1. 52.

XVIII. Quid si unus ex duobus territorii ejusdem toparchis in territorio communi delinquat. 2. 1. 52.

XIX. Quibus modis probetur jurisdictio; et si inter baillivos duos confines lis sit de jurisdictione, an suo, an publico sumptu litem illam expediant. 2. 1. 53.

XX. Jurisdictio cessat morte ejus cui concessa est. 2. 1. 51.

XXI. Jurisdictio mandata cessat morte mandantis nisi patrimonialis sit. 2. 1. 54.

XXII. Cessat lapso tempore, abicatione factâ ex principis consensu. 2. 1. 51.

XXIII. Cessat etiam revocatione concedentis. 2. 1. 5[illegible].

XXIV. Quid juris si quis bodiè abutatur graviter suâ patrimoniali jurisdictione. 2. 1. 55.

XXV. An præscriptione jurisdictio extingui possit. 2. 1. 56.

XXVI. De albo corrupto et pœna ex jure romano et moribus. 2. 1. 57.

XXVII. An privatâ auctoritate quis avellere possit programmata, quibus sua bona per alium non jure proscripta videt. 2. 1. 57.

XXVIII. Qui jus dicenti non obtemperat quomodo jure romano ac moribus coerceatur. 2. 3. 1.

XXIX. Ut puniatur qui jus dicenti non obtemperavit, aut mandatis pœnalibus, non anxiè inquiritur, an jure an injuriâ judex abductionem vel ablationem non præceperit. 2. 3. 3.

V. C. proc., art. 50.

═

LIVRE PREMIER.

DE LA JUSTICE DE PAIX.

Notions préliminaires.

I. Romani habebant defensores civitatum de quibus per transennam aliquid dicitur. 50. 2. — 50. 5. 2.

II. Jurisdictio est vel ordinaria, vel extraordinaria. 2. 1. 6.

═

TITRE PREMIER. — *Des citations.*

1. 2. — *V. C. proc., art.* 50 *et seqq.*

Des formalités de la citation; devant quel juge doit-elle être donnée.

3. — I. Judicem de possessione compe-

lentem facit situs rei, non domicilium turbantis. 5. 1. 135.

II. Secundum jus romanum causa possessionis et proprietatis apud eumdem judicem tractabatur. 5. 1. 134. — 11. 2. 2.

III. Ubi jure romano et moribus de possessione vel quasi possessione rerum et jurium, feudorum et beneficiorum tractatur. 5. 1. 134.

IV. An propter causam possessionis iis quoque de proprietate ad superius tribunal trahi possit in Hollandiâ et Ultrajecti. 5. 1. 134.

4. 5. 6.

La juridiction des juges de paix peut être prorogée.

7. — I. Mutuo consensu partium jurisdictio prorogari posse ei qui non tali erat jurisdictione præditus, lege Juliâ judiciorum cautum fuit. 2. 1. 14.

II. Etiam minoribus magistratibus prorogatio rectè fit. 2. 1. 16.

V. C. proc., tit. prél., sect. IV, § III.

TITRE II. — *Des audiences du juge de paix et de la comparution des parties.*

8. — An sententia die dominico lata nulla sit. 2. 12. 2.

9. — 18. — *V. C. proc., tit. V, des Audiences, de leur publicité et de leur police. — Art.* 85.

TITRE III. — *Des jugements par défaut et des oppositions à ces jugements.*

10. — 22. *V. C. proc., tit. VIII, des Jugements par défaut et oppositions. — Art.* 146.

TITRE IV. — *Des jugements sur les actions possessoires.*

SECTION PREMIÈRE. — Des actions possessoires connues chez les Romains sous le nom d'interdits, et en France sous celui de complainte.

I. Unde interdicta nomen habeant; quid sint. 43. 1. 1.

II. De actionibus in factum, quæ pro interdictis competunt; an olim notæ fuerint. 43. 1. 1.

III. An olim cum interdictis quædam actiones concurrerint. 43. 1. 1.

IV. Interdicta plerumque concernunt possessionem. Quæ concernunt etiam causam proprietatis, vel quasi. 43. 1. 2.

V. An interdictum de libero homine exhibendo contineat causam possessionis vel proprietatis. 43. 1. 2.

VI. De divisionibus variis interdictorum : ubi de simplicibus et duplicibus, annalibus et perpetuis; directis et casalibus; publicis et privatis. 43. 1. 3.

VII. De interdictis ad rem familiarem et ad publicam utilitatem, vel religionem, vel jus divinum pertinentibus. 45. 1. 3.

VIII. De exhibitoriis, prohibitoriis, restitutoriis, et mixtis, adipiscendæ, retinendæ, recuperandæ possessionis. 43. 1. 3.

IX. An dentur interdicta quæ simul sunt adipiscendæ et retinendæ vel recuperandæ possessionis. 43. 1. 3.

X. An interdicta infament; quousque in iis habeatur ratio fructuum et usurarum. 43. 1. 4.

XI. Quo in loco et coram quo judice movenda sint judicia possessoria. Rem. 43. 1. 6.

XII. Interdictorum loco hodie sunt mandata curiarum; quando locus non sit mandatis pœnalibus. 43. 1. 6.

XIII. Quæ pœna temerè per sub et obreptionem impetrantium mandata pœnalia. 43. 1. 6.

XIV. Pœnæ mandatis pœnalibus insertæ rigidè exigendæ. 43. 1. 6.

XV. Ad quam usque quantitatem pœna mandatis addi possit, si curia nominatim non jusserit addi majorem. 43. 1. 9.

XVI. De interdicto quorum bonorum. Materia et quæstiones tractantur. 43. 2. n. 1 et seqq.

XVII. De interdicto quod legatorum. Materia et quæstiones tractantur. 43. 3. n. 1 et seqq.

XVIII. De interdicto ne vis fiat ei qui in possessionem missus erit. Quibus in casibus locus sit huic interdicto. Monstratur, aliquando hoc interdictum magis pœnæ, aliquando magis rei persecutionem continere. 43. 4. 1.

XIX. Quibus in casibus cesset; ubi de illis qui sine dolo missum repellunt; et qui sine causâ missionem in possessionem petierunt. 43. 4. 2.

XX. Quid si quis missum primò admiserit, et post repulerit; quo sensu hoc interdictum sit *prohibitorium* et *restitutorium*. 43. 4. 3.

XXI. Non admissus, vel iterum expulsus etiam manu militari induci potest in possessionem. 43. 4. 4.

XXII. De interdicto de tabulis exhibendis. Materia et quæstiones exponuntur. 43. 5. n. 1 et seqq.

XXIII. De interdicto ne quid in loco sacro fiat. 43. 8.

XXIV. De interdicto ne quid in loco publico vel itinere fiat. Quid veniat hic nomine loci publici; an et loca fiscalia. 43. 8. 1.

XXV. Propter quæ et quibus competat hoc interdictum, propter quæ non; et quid, si quid jam factum sit. 43. 8. 1.

XXVI. Proponuntur tria interdicta alia de viâ et itinere publico. 43. 6. 2.

XXVII. De interdicto de loco publico fruendo, quid sit. 43. 9.

XXVIII. De interdicto de viâ publicâ et si quid in eâ factum esse dicetur. 43. 10.

XXIX. De interdicto de viâ et itinere publico reficiendo. 43. 11.

XXX. De interdicto ne quid in flumine publico ripâve ejus fiat, quo pejus navigetur. 43. 12.

XXXI. De interdicto ne quid in flumine publico fiat, quo aliter aqua fluat, atque uti priore æstate fluxit. 43. 13.

XXXII. De interdicto ut in flumine publico navigare liceat. 43. 14.

XXXIII. De interdicto de ripâ muniendâ. 43. 15.

XXXIV. De interdicto de vi et vi armatâ olim duplex fuit interdictum, alterum de vi privatâ seu quotidianâ, alterum de vi publicâ; quæ olim in variis differebant; at non ità jure novo. 43. 16. 1.

XXXV. Interdictum undè vi habet locum in immobilibus et incorporalibus plurimis; quæ immobilibus accensentur; etiam servitutibus personalibus et prædialibus. 43. 16. 2.

XXXVI. Non habet locum in mobilibus. Quid si mobilia tempore dejectionis fuerint in fundo vel ædibus. 43. 16. 2.

XXXVII. Hoc interdictum competit dejecto et hæredi, sive corpore sive animo possederit. 43. 16. 3.

XXXVIII. Si dejectus sit is per cujus corpus possidet, non dejecto, sed ei cujus nomine possedit, datur, quod exemplis variis adstruitur. 43. 16. 3.

XXXIX. Quid si detentores cœperint suo nomine possidere. 43. 16. 3.

XL. An non absente domino coloni et similes dejecti extraordinem audiendi sint; an et competat dejectis, qui injustè possederant. 43. 16. 3.

XLI. An competat prædoni qui dominum dejecerat, si ab eo rursus ex intervallo dejectus sit, jure civili ac moribus. 43. 16. 3.

XLII. Hoc interdictum non datur iis, qui adhuc possident. 43. 16. 4.

XLIII. Quid si a violento ingressore non expulsi, sed vincti in fundo opus facere compulsi. 43. 16. 4.

XLIV. Non datur etiam iis, qui nunquam possederunt, sed arcentur. Nec iis qui metu coacti tradiderunt. 43. 16. 4.

XLV. Quid si visis armatis alio tendentibus, vel audito, armatos venire, decesserint de possessione; quid si verborum jactationibus permoti. 43. 16. 4.

XLVI. Quid si vidua astu inducta, ut cederet possessionem rerum mariti hæredibus ejus, cum potuisset pro dote, doario, etc., retinere. 43. 16. 4.

XLVII. Contra quos hoc interdictum detur an et contra dejicientes nec tamen occupantes. 43. 16. 5.

XLVIII. Quid juris si alius dejecerit, mandato alterius. 43. 16. 5.

XLIX. An detur contra eos, qui dolo, culpâ, casu possidere desierunt. 43. 16. 5.

L. An contra parentes, patronos, principem; an et quousque contrà hæredes; municipes, dominos ex facto servorum. 43. 16. 5.

LI. An detur contra tertios possessores rerum unde facta dejectio. 43. 16. 5.

LII. Ad quid tendat hoc interdictum. 43. 16. 6.

LIII. An actor jurejurando æstimare possit res amissas, si specificè docere nequeat quas per dejectionem amiserit. 43. 16. 6.

LIV. An et quales fructus veniant in hoc interdicto. 43. 16. 0.

LV. An et ad quid hoc interdictum post annum detur. 43. 16. 6.

LVI. De remedio juris canonici *ex can. redintegrandâ* in quibus differat ab hoc interdicto ac pingules sit; quibus in casibus tamen cessat. 43. 16. 7.

LVII. Quid sit interdictum uti possidetis; habet locum in immobilibus et incorporalibus, quæ comparantur immobilibus. 43.17.1.

LVIII. An et in servitutibus personalibus ac prædialibus locum habet. 43. 17. 1.

LIX. An et in jurisdictione, censu, beneficiis ecclesiasticis, muneribus ac honoribus publicis. 43. 17. 1.

LX. Quibus competat; an et illis, qui alieno nomine in possessione sunt. 43. 17. 2.

LXI. An procuratoribus, colonis, depositariis, creditoribus a prætore in possessionem missis, aut pignus ex conventione habentibus. 43. 17. 2.

LXII. An competat hæredibus; an iis qui possessionem amiserunt. 43. 17. 2.

LXIII. Contrà quos detur, et quomodo turbatio in possessione fieri debeat et detur. 43. 17. 3.

LXIV Quid juris, si quis verbis tantum minetur turbationem. 43. 17. 4.

LXV. Quid si turbet quidem re ipsâ, sed non referat quæstionem possessionis; quid si adversarius contendat, se non eamdem, sed aliam rem possidere. 43. 17. 3.

LXVI. Ad quid tendat hoc interdictum. 43. 17. 4.

LXVII. An victor cavere debeat de re pendente judicio petitorio non deteriorandâ; et quid si non caveat. 43. 17. 4.

LXVIII. Quid juris circa fructus durante fiduciariâ possessione. 43. 17. 4.

LXIX. Quis vincat hoc interdicto ex jure canonico; quis in beneficialibus. 43. 17. 5.

LXX. Moribus triplex est judicium possessorium, *summariissimum*, *summarium* et *plenarium*. Quid intersit respectu probationis inter summarium et plenarium. 43. 17. 6.

LXXI. De mandatis spolii, novitatis, et manutenentiæ, vulgo *van spolie*, *van complainte*, *van maintenue*. 43. 17. 7.

LXXII. An his locus, si controversia sit de jure venandi, et quis se in quasi-possessione esse dicat. 43. 17. 7.

LXXIII. Quid intersit inter mandatum manutenentiæ, et novitatis, seu *van complainte*; uti et inter mandatum spolii, et illud quod est circa querelas novitatis; unde hæc plenius petenda. 43. 17. 7.

LXXIV. De interdicto de superficiebus. 43. 18.

LXXV. De interdicto de itinere actuque privato: quid sit hoc interdictum. 43. 19. 1.

LXXVI. Cui competat, ad quid, et quid requiratur ut vincat. 43. 19. 1.

LXXVII. Quid requiratur ut quis vincat in interdicto de itinere reficiendo, et quid veniat appellatione refectionis. 43. 19. 2.

LXXVIII. De interdicto de aquâ quotidianâ et æstivâ, quæ requirantur ut quis interdicto utroque vincat. 43. 20. 1.

LXXIX. Quid juris si plures per eumdem rivum ducant aquam et inter eos contentio sit. 43. 20. 1.

LXXX. Quis vincat in interdicto de aquâ ex castello ducendâ; an hoc jus ad successores transeat. 43. 20. 2.

LXXXI. De interdicto de rivis. 43. 21.

LXXXII. De interdicto de fonte. 43. 22.

LXXXIII. De interdicto de cloacis. 43. 23.

LXXXIV. De interdicto quod vi aut clam: ubi vi aut clam debeat factum esse, ut huic interdicto locus sit. 43. 24. 1.

LXXXV. Quis vi, quis clam facere videatur; an partim vi, partim clam opus fieri possit. 23. 24. 1.

LXXXVI. Habet locum in immobilibus an et quando in mobilibus. 43. 24. 2.

LXXXVII. Cui competat, contra quos, et ad quid tendat. 43. 24. 2.

LXXXVIII. Quando cesset; quid, si vi aut clam demolitus fuero, quod alter vi aut clam fecerat. 43. 24. 3.

LXXXIX. De interdicto de arboribus cædendis. 43. 27.

XC. De interdicto de glande legendâ. 43. 28.

XCI. De interdicto utrubi retinendæ possessionis prohibitorio de re mobili. 43. 31.

XCII. De interdicto de migrando; quid sit. 43. 32

XCIII. De interdicto Salviano, quid sit. 43. 33.

XCIV. De interdicto de precario. 43. 26.

XCV. De interdictu de sepulchro ædificando vel reficiendo. 11. 8. 4.

SECTION II. — DE L'ACTION CONNUE SOUS LA DÉNOMINATION DE DÉNONCIATION DE NOUVEL OEUVRE.

I. Quibus in casibus quis possit vel non possit opus novum facere, quo alteri noceatur. 39. 1. 1.

II. Quid sit operis novi nuntiatio; ob quas causas fiat. 39. 1. 2.

III. Quomodo fiat per prætorem, et quid tunc prius præstare debeat nuntians; quomodo per lapilli jactum; quomodo verbis. 39. 1. 2.

IV. Quid inter hos modos intersit ratione retinendæ possessionis. 39. 1. 2.

V. Nuntiatio novi operis sæpè unam tantùm speciem denotat; quæ verbis fit. 39. 1. 3.

VI. Qui possint nuntiare nomine publico vel privato. 39. 1. 3.

VII. Quid de pupillis, superficiariis, emphyteutis, creditoribus hypothecariis, bonæ fidei possessoribus 39. 1. 3.

VIII. Quid de tutoribus, procuratoribus, fructuariis, servitutem realem habentibus. 39. 1. 3.

IX. Quid juris si pluribus noceatur opere novo. 39. 1. 3.

X. An et possint nuntiare coloni vel inquilini; an servi. 39. 1. 4.

XI. Quid intersit inter interdictum de operis novi nuntiatione, et quod vi aut clam. 39. 1. 1

XII. An et quomodo socius socio sive in communi, sive in proprio fundo, quid novi facat; quomodo moribus socio succuratur. 39. 1. 4.

XIII. Quibus nuncietur; an et quomodo prætori ipsi aut alteri magistratui. 39. 1. 5.

XIV. Quid juris, si plures sint domini rei in quâ opus novum fit. 39. 1. 5.

XV. An et nunciatio fiat messem facientibus, arborem vel vineam putantibus; an et opus pristinum reficientibus, aut iis qui opus jam perfecerunt. 39. 1. 5.

XVI. Facienda nuntiatio in re præsente. Quid si in pluribus locis opus fiat; quid si partim jure, partim non jure. 39. 1. 6.

XVII. Consultum, tempore nuntiationis modulos adhiberi, ut sciatur, quid post exstructum sit. 39. 1. 6.

XVIII. Quo tempore possit fieri nuntiatio; an et absente domino operariis, servis, pueris, puellis, infantibus, qui sunt in opere. 39. 1. 6.

XIX. Quis sit effectus nuntiationis; an destruendum si in opere perrectum sit; an et si pergens habuerit extruendi jus. 39. 1. 7.

XX. An destruendum si perrexerit, cùm jam cœpisset agere jus sibi esse ità ædificare. 39. 1. 7.

XXI. An et si perrexerit cùm ignoraret, nuntiationem factam esse. 39. 1. 7.

XXII. Quid si hæres contra nuntiationem defuncto factam perrexerit. 39. 1. 7.

XXIII. An id quod contra nuntiationem exstructum est, auctoritate privatâ destrui possit. 39. 1. 8. — 8. 2. 4.

XXIV. An cesset effectus nuntiationis morte nuntiantis vel alienatione per eum factâ. 39. 1. 9.

XXV. An hæres nuntiantis de novo nuntiare possit; et an experiri interdicto de operis novi nuntiatione; quid moribus. 39. 1. 9.

XXVI. Cessat, si prætor, qui prius jusserat, deindè prohibeat nuntiationem; vel si nuntians eam remittat. An et remittere possit eam quæ prætore auctore facta est. 39. 1. 10.

XXVII. Quibus ex causis prætor nuntiationem remittat; ubi de nuntiante qui noluit de calumniâ jurare, aut de rato cavere, aut caruit jure nuntiandi. 39. 1. 10.

XXVIII. Item de oblatâ per eum cui nuntiatum, cautione de destruendo, si appareat non jure exstructum esse, sive acceptetur, sive non. 39. 1. 10.

XXIX. Qualis cautio interponi debeat, et an prætor eam statim admittat, an demum post tempus; admissâ cautione, quale interdictum habeat pergere desiderans. 39. 1. 10

XXX. An et cesset morte ejus cui facta est, vel alienatione. 39. 1. 11.

XXXI. An et quousquè hæres aut particularis successor ejus cui nuntiatum, teneatur ex suo vel defuncti facto contra nuntiationem. 39. 1. 11.

XXXII. De annali præscriptione ejus qui quid sine servitute extruxit, quod servitutem redolet ex lege municipali. 8. 4. 6.

XXXIII. Probare tenetur qui non possidet. 22. 5. 11.

23. 24.

Le possessoire est toujours séparé du pétitoire.

25. 26. 27. — I. Terminanda apud eumdem judicem possessionis et proprietatis causa, et uno tempore experiri potest. 2. 15. 14. — 11. 2. 2.

II. Quid nostris moribus. 2. 13. 14. — 11. 2. 2.

V. suprà, Pr. gén.

28. — 33.

TITRE V. — *Des enquêtes.*

34. — 40. — Testes jurisjurandi religione per judicem prinsquam perhibeant testimonium arctandi sunt. 22. 5. 15.

41. — 47.

LIVRE II.

DES TRIBUNAUX INFÉRIEURS.

TITRE PREMIER. — *De la conciliation.*

Lites quantocius terminandæ sunt. 5. 1. 56.

48. 49. 50.

TITRE II. — *Des ajournements.*

SECTION PREMIÈRE.

Principes généraux. Questions diverses sur la demande.

I. Quot personæ constituant judicium; quis actor, quis reus sit. 5. 1. 9.

II. Quid sit in jus vocare. 2. 4. 1.

III. Quid sit editio actionis; cur fiat; quomodo fiat voce vel libello. 2. 13. 1.

IV. Quid sit libellus. 2. 13. 2.

V. In conclusione libelli formandâ opus est summâ prudentiâ. 2. 13. 2.

VI. Quid sit in jus vocatio edictalis, et quando locum habeat. 2. 4. 18.

VII. Initium judicii est in jus vocatio; sine quâ sententia subsecuta est ipso jure nulla, nec sustinetur in favorem non citati. 2. 4. 60.

VIII. Initium judicii inchoandi est in jus vocatio; inchoati vero litis contestatio. 5. 1. 144.

IX. Quomodo litis contestatio fiat, quæ minus plena, quæ plena contestatio sit. 5. 1. 144.

X. De fictâ litis contestatione, quæ est ex contumaciâ. 5. 1. 145.

XI. Rejicitur divisio litis contestationis in affirmativam et negativam, simplicem et conditionatam. 5. 1. 146.

XII. In omni judicio opus est litis contestatione, etiam in summario; quid si reus respondens protestetur, se id non facere animo litis contestandæ. 5. 1. 147.

XIII. Quæ post litem contestatam in judicio alterius agenda. 5. 1. 148.

XIV. Quinam sint effectus litis contestationis; ut actorem non solere deteriorem facere suam conditionem. 5. 1. 149.

XV. Vocatus ad unam causam ad alteram respondere non compellitur; si tamen sponte respondeat, valet judicium. 2. 4. 67.

XVI. Qui jus dicenti non obtemperat, quomodo jure romano ac moribus coerceatur. 2. 3. n. 1 et seqq.

XVII. Quid sit hodie realis in jus vocatio, seu *arrestum;* repugnat principiis juris romani. Tractatur hæc materia juris hollandici. 2. 4. n. 17 et seqq.

XVIII. Quis effectus vocationis legitime factæ. 2. 4. 14.

XIX. Quid juris si defectu quodam laboret vocatio. 2. 4. 14.

XX. Quid si reus non rectè vocatus sponte venerit. 2. 4. 14.

XXI. Qui vocatus non venit, mulctandus est; mulcta actori cedit. Quando cesset mulcta; de contumaciâ rei. 2. 5. n. 1 et seqq.

XXII. Cavens de sistendo evitat mulctam: cavent conjunctæ personæ dato fidejussore etiam minus idoneo facultatibus. 2. 6. n. 1 et 2.

XXIII. Ne quis eum, qui in jus vocabitur, vi eximat. 2. 7. n. 1 et seqq.

XXIV. Qui satisdare cogantur vel jurato promittant, vel suæ promissioni committantur. 2. 8. n. 1 et seqq.

XXV. Si ex noxali causâ agatur, quemadmodum caveatur. 2. 9. n. 1 et seqq.

XXVI. De eo per quem factum erit quo minus quis in judicio se sistat. 2. 10. n. 1 et seqq.

XXVII. Si quis cautionibus in judicio sistendi causâ factis non obtemperavit. 2. 11. n. 1 et seqq.

SECTION II. — QUAND ET COMMENT LA DEMANDE PEUT-ELLE ÊTRE FORMÉE.

I. Actoris arbitrio relinquitur quando actionem intentare velit. 5. 1. 20.

II. Agi non potest antequam dies vel conditio debiti extiterit. 5. 1. 27.

III. Tamen si actor cœperit petere pendente conditione ac lite pendente conditio existat, reus condemnandus est. 5. 1. 26.

IV. Actor rectè agitur ad præteriti simul et futuri temporis usuras, fructus, reditus, alimenta, annua, menstrua solvenda. 5. 1. 27.

V. Item post anni primi lapsum agitur rectè ad condemnationem debiti annuâ, bimâ trimâ die solvendi, ut itâ suis quibusque temporibus in futurum fiat executio. 5. 1. 27.

VI. Quomodo agat de jure prælationis in generali concurso creditorum is cui ex die vel sub conditione debitum. 5. 1. 28.

VII. An is cui ex die vel sub conditione debetur, interim cautionem petere possit in judicio stricti juris. 5. 1. 28.

VIII. An plures actiones uno libello cumulari possint. 2. 13. 14.

IX. Quales actiones moribus cumulari possint, quales non. 2. 15. 14.

X. Tot sunt actiones quot sunt facta diversa enarrata libello actiones diversas producentia. 2. 15. 14.

XI. An et quomodo libellus ante ac post litem contestatam mutari possit judicio eodem manente. 2. 15. 9.

XII. Quid hodie obtineat; etiam sæpius mutationem admitti, causâ cognitâ. 2. 15. 10.

XIII. Qui non mutat, sed tantùm obscuritatem libelli explicat, nulla ob id adversario impendia reddit. Quis censeatur tantùm explicare, non mutare. 2. 13. 11.

XIV. An mutationem libelli magis licitam faciat clausula addita, *salvo jure addendi, mutandi*, etc. 2. 13. 12.

XV. Quæ sit vis clausulæ salutaris et imploration is *nobilis officii judicum*, quæ libello petitionis addi solet, et quousque judex supplere possit quæ desunt advocatis partium. 2. 13. 13.

XVI. Auctor minus aut partem debiti petendo non peccat, ut omninò plus petendo, reus tamen desiderare potest ne continentia causæ dividatur. 5. 1. 25.

XVII. Quæ sint pœnæ plus petentium, jure veteri, novo, canonico et hodierno. 5; 1. 25.

XVIII. Ex loco quocumque reus regulariter vocari potest. 2. 4. 2.

XIX. Quomodo quis de domo suâ vel ecclesiâ in jus vocari possit, vel non. 2. 4. 2.

XX. Quibus circumstantiis in jus vocatio non permittitur. 2. 4. 5.

XXI. Quomodo hodie impetretur decretum generale vocandi debitores plures (*mandement van debitis*); quamdiù id duret et ad quæ debita spectet. 2. 4. 15.

SECTION III. — PAR QUI ET CONTRE QUI PEUT-ELLE ÊTRE INTENTÉE.

I. Quis in jus vocare possit; qui habeant legitimam personam standi in judicio; an et universitates; an collegia illicita sed tolerata. 5. 1. 10.

II. An et quando filiusfamilias, tum jure civili tum hodierno. 5. 1. 10.

III. Quisque de suo, nemo de alieno debito conveniendus est. 5. 1. 29.

IV. An uxor pro marito, maritus pro uxore, filius pro patre; non extraneus pro extraneo et de prohibitis pignorationibus. 5. 1. 29.

V. Licitæ tamen ex concessione principis pignorationes, seu represaliæ quoties debitor et creditor non subsunt uni supremo principi, et princeps alterius regionis peregrino creditori contra suos subjectos jus dicere detrectat. 5. 1. 30

VI. Ordiaarius judex non potest repressalia concedere, nec princeps peregrinis, sed tantùm subjectis suis. 5. 1. 31.

VII. Vocari nequeunt furiosi, minores, sine curatore; quid juris si impetraverint veniam ætatis; an magistratus; et quid moribus. 6. 4. n. 4 et 5.

VIII. Patroni et parentes non possunt vocari sine veniâ; et quid hodie servetur; quæ pœna sit vocantiom sine veniâ, et quando illa cesset. 2. 4. 6.

IX. Parentum nomine hic veniunt etiam naturales; etsi turpes personæ sint; sive suo, sive tutorio, aliove simili nomine pro pupillis conveniuntur; quid juris, si filias curatorem patris sui furiosi vocet. 6. 4. 7.

X. An socer aut socrus vocari sine veniâ; an vitricus aut noverca; an uxor maritum sine veniâ. 6. 4. n. 8. 9. 10.

XI. An vasallus dominom directum; an subjectus principem; aut principis ministros, veluti ærarii quæstores, fisci advocatos. 6. 4. 11.

XII. Quid juris in præceptoribos, susceptoribus de fonte baptismalis, fratribus. 2. 4. 16.

XIII. An minoris 25 annis sine curatore in judicio stare possint; et quid si sine curatore steteriot. 5. 1. 11.

XIV. An jure romano et hodierno in causis criminalibus si accusentur aut accusent. 5. 1. 12.

XV. An jure canonico et moribus in causis matrimonialibus et beneficialibus. 5. 1. 6.

XVI. An qui veniam ætatis impetrârunt, aut nuptiis vel aliter, pro majoribus sunt habiti, etiam de immobilibus sine curatore litigent. 5. 2. 14.

XVII. An uxor possit sine viro stare in judicio, tanquam rea vel actrix. 5. 1. n. 14 et seqq.

XVIII. Cùm plures simul agunt aut conveniuntur, considerandi ac si singuli seorsim actiones intentassent aut excepissent intentatam. 5. 1. 76.

XIX. Tamen si lis movetur nomine societatis communis, una actio est universitatis sociorum. 5. 1. 86.

V. C. c., art. 543, *n.* 3. 9. 16.

Où doit être portée la demande.

59. — I. Litis initio inspicitur quodnam sit forum rei, ità ut reus non possit petere ad alium transferri, si lite pendente ratio competentiæ cessare incœperit. 5. 1. 64.

II. Extra territoriam jus dicenti aut iis qui in territorio non sunt impunè non paretur. 2. 1. 46.

III. Actor sequitur forum rei. 5. 1. 64.

IV. Sortitur forum competens ratione originis. 5. 1. n. 66 et 61.

V. Quid si in insulâ, aut vico, aut matre peregrinante, quis natus sit. 5. 1. 91.

VI. Originis locus etiam fingitur manumissione et adoptione. 5. 1. 91.

VII. Communis patria est Roma ubi quisqua conveniri potest nisi habeat jus revocandi domum: qui id habeant præcipuè quando id habeant aut non habeant legati. 5. 1. 91.

VIII. Forum sortitur competens ratione domicilii. 5. 1. n. 66 et 61.

IX. Ubi conveniendus est illa qui plura domicilia habet. 5. 1. 92. — *V. C. civ., du Domicile.*

X. Forum est competens ratione rei sitæ, et actio fovetur eo in loco in quo res propter quam contenditur sita vel constituta est. 5. 1. n. 66 et 76.

XI. Hæc regula competentiæ locum habet sive de proprietate rei, sive de ejus possessione, sive de rebus mobilibus vel immobilibus agatur. 5. 1. 76.

XII. Ratione contractûs forum competens sortitur eo in loco quo contractus vel quasi-contractus celebratus seu perfectus est. 5. 1. n. 66 et 73.

XIII. Ubi quisque censeatur contraxisse si per litteras consensus declaratus sit. 5. 1. 73.

XIV. Ubi si alibi consensus interpositus, alibi instrumentum conscriptum sit. 5. 1. 73.

XV. Ubi si alibi contractum, sed ad locum alium destinatum sit implementum contractûs. 5. 1. 75.

XVI. Proponantur exceptiones quibus quis in loco contractus non potest conveniri. 5. 1. 74.

XVII. An concurrat cum rei sitæ foro etiam forum ex domicilio rei possidentis. 5. 1. 77.

XVIII. Si reus pluribus in locis forum competens habeat, actoris electio est. 5. 1. 66.

XIX. Multis aliis modis competens forum sortitur. 5. 1. 66.

XX. Quo loco intentanda est hæreditatis petitio. 5. 1. 77.

XXI. Quo in loco judicium familiæ erciscundæ intentari debeat. 16. 2. 46.

XXII. De foro competente ex continentiâ causæ. 5. 1. 90.

XXIII. Ad eumdem judicem ire debent cohæredes, confines, socii, contutores; legatarii et creditores hæreditarii ut legis falcidiæ ratio ineatur: sæpe etiam plures de liberali causâ, etc. 11. 6. 1.

XXIV. Si plures unius debiti debitores vel cohæredes, nomine hæreditario debentes, sub diversis habitent judicibus inferioribus, omnes tamen subsint uni judici superiori, veluti curiæ Hollandiæ; omnes inferiore præterita ad superiorem vocari possunt apud nos. 11. 6. 3.

XXV. Si ex pluribus actoribus aut reis quidem privilegiati sint respectu fori, etiam non privilegiati ad eumdem judicem ire et vocari possunt. 11. 2. 4.

XXVI. Curatore bonis dato, ad eumdem judicem ire debent omnes obærati creditores. 11. 2. 6.

XXVII. Reconventio forum competens afficit. 5. 1. 76. Multa de reconventione. — *V. C. proc., tit. prél., sect. IV, § IV.*

XXVIII. De foro competente ex privilegio. Milites ubi forum competens sortiantur in causis civilibus de jure romano. 5. 1. 105.

XXIX. Quid juris hodie sit circa militum forum competens in causis civilibus. 5. 1. 107.

XXX. Milites in eo quidem loco in quo militiæ causâ morantur, habere fori privilegium; sed tamen in loco domicilii aut alio foro, secundùm jus commune competente, conveniri posse apud judices ordinarios actionibus civilibus pro debito, adstruitur ex jure romano; nec longe abit jus hodiernum. 5. 1. 108.

XXXI. De foro privilegiato studiosorum ex auth. habitâ, C. ne filius pro patre. 5. 1. 109.

XXXII. De foro privilegiato studiosorum et professorum universitatis, quæ est Lugduni Batavorum in causis civilibus et criminalibus; an prorogatione sibi noceant. 5. 1. 109.

XXXIII. Quid juris, si agant actione cessâ; nihil referre in quâ Hollandiæ parte contraxerint aut deliquerint Academiæ membra. 5. 1. 109.

XXXIV. De foro competente clericorum ex jure romano et canonico. 5. 1. 110.

XXXV. An clericus judici laico prorogare jurisdictionem possit. 5. 1. 116.

XXXVI. Ubi senatores vel clarissimi conveniendi sint. 5. 1. 111.

XXXVII. Ubi nobiles Hollandiæ, curiarum Hollandicarum senatores, delegati ad collegia publica Hagæ Comitis congregari solita, advocati curiæ Hollandiæ, aliique curiæ suppositi vulgò dicti, in causis civilibus ac criminalibus, et ubi advocati Ultrajectini in criminalibus. 5. 1. 111.

XXXVIII. Quid si nobiles, senatores advocati, etc... in aliâ provinciâ extra Hollandiam inveniantur aut bona habeant. 5. 1. 116.

XXXIX. Si non Hagæ, sed alibi intra Hollandiam habitent, aut praxin exerceant. 5. 1. 112.

XL. Ubi conveniendi assessores camerarum maritimarum, aut aliis fœderati Belgii collegiis generalibus adscripti, si deliquerint in officio. 5. 1. 113.

XLI. De foro illustrium Germaniæ virorum. Remissiva. 5. 1. 113.

XLII. De potestate judicandi concessâ collegiis opificum, consulibus aut præfectis nationis Anglicæ, Belgicæ, etc... per varias regiones. 5. 1. 114.

XLIII. Ubi pupilli, viduæ, et aliæ miserabiles personæ; qui veniant appellatione miserabilium personarum; an senes decrepiti; an virgines. 5. 1. 115.

XLIV. An mulier, cujus maritus exul est, aut ad triremes damnatus, aut captus, aut furiosus, aut prodigus. 5. 1. 116.

XLV. An et si tales personæ opulentæ sint. 5. 1. 117.

XLVI. An mercatores mercaturæ causâ in locis peregrinis litigantes; et quid moribus. 5. 1. 118.

XLVII. An ecclesiæ, nosocomia, orphanotrophia, aliaque pia loca, an et universitates. 5. 1. 116.

XLVIII. An hæ miserabiles personæ possint, si velint, agere apud judicem ordinarium et

an etiam, cum conveniuntur, an tantùm cùm agunt, fori privilegia uti possint; et quid moribus. 5. 1. 120.

XLIX. Non interest, propriis an hæreditariis agant actionibus. Quid juris, si agere velint contra aliam æquè miserabilem personam. 5. 1. 121.

L. Si lis miserabili personæ sit communis cum aliâ non privilegiatâ, an et non privilegiata fori privilegiati particeps reddatur. 5. 1. 122.

LI. An miserabiles personæ in contrahendo possint efficaciter suo fori privilegio renuntiare; et an contra renuntiationem expressam vel tacitam restitui possint. 5. 1. 123.

LII. Non gaudent hodie miserabiles personæ fori privilegio, nisi lis certam quantitatem, statutis varié definitam, excedat. 5. 1. 124.

LIII. An fori privilegio uti possint miserabiles personæ, si actione cessâ agere velint. 5. 1. 125.

LIV. Carent hæ personæ fori privilegio, si de assecuratione (*assurantie*) lis sit, vel de missione in possessionem hæreditatis, vel de assignatione bonorum parentis defuncti per superstitem pupillis faciendâ, vel agatur universali judicio concursus inter creditores ad bona debitoris inidonei, vel familiæ erciscundæ judicio inter cohæredes, vel agatur de causis quæ certis tantùm judicibus, cum exclusione aliorum, demandatæ sunt; et quales illæ sint; qui de hoc miserabilium privilegio scripserint. 5. 1. 126.

LV. Quibus specialiter competat jurisdictio de violatis saltibus publicis, et peccatis contra leges venationis. 5. 1. 127.

LVI. De quibus causis judicent assessores rei maritimæ (*collegien ter admiraliteyt*) enarrantur : judicant inter alia de fraudatis vectigalibus, de prohibitis importari vel exportari, si contra factum sit, licet milites res deprehensas intra sua præsidia detulissent. Quid juris, si rei mercium ad hostes illicitè exportatarum non in ipso flagitio deprehensi postea accusandi sint. Quid si delicta sint perpetrata in navi Indiam orientalem petente; et de judicio seu concilio navali. 5. 1. 128.

LVII. Ubi agatur de delictis publicanorum, de impositionum fraudationibus, et aliis ad impositiones publicas spectantibus. 5. 1. 129.

LVIII. Quales lites pertineant ad præfectos cameræ pupillaris; judices esse nequeant, si pupillis mortuis bona cœperint ad alios pertinere. 5. 1. 130.

LIX. Quis in feudalibus jure feudali sit judex competens, si inter vasallos duos de feudo lis sit, vel inter dominum et vasallum, vel inter dominum et extraneum, vel inter vasallum et extraneum. 5. 1. 131.

LX. Quis secundum hodiernos Hollandiæ mores, et de amplitudine jurisdictionis curiæ feudalis Hollandicæ; quis competens, si lis de debitis, reditibus, servitutibus, partim feudali, partim allodiali prædio impositis; et quomodo novissimè iterum curia provincialis ut suprema de feudis judicet; quis competens in feudis Flandricis; quatenus subsunt ordinibus generalibus; qui plura scripserint de hoc foro. 5. 1. n. 132 et 133.

V. C. c., art. 111, *n.* 1 *et seqq.* — *C. proc., tit. prél., sect. IV. — De la Juridiction.*

60. — *V. C. proc., art.* 59.

Formalités de la demande.

61. — I. Quâ formâ olim, quâ post modum, quâ denique hodie fieri solitæ in jus vocationes per apparitores; intra judicis territorium, non extra. 2. 4. 13.

II. Quæ in libello continenda et exprimenda. 2. 13. n. 2 et seqq.

III. Libellus debet esse clarus; obscurus pro actore contra reum recipit interpretationem; judex actorem cogere potest ut libellum obscurum explanet. 2. 13. 3.

IV. Si tam obscurus sit libellus ut nullo modo colligi possit intentio actoris, nullus est, et inutilis sententia ad eum secuta. 2. 13. 3.

V. Exprimendum libello nomen actoris et rei et qualitas, an suo an alieno, tutorio, uxorio nomine, etc. agat, quæ qualitas in ingressu litis probanda, si in principio negetur. 2. 13. 4.

VI. An et cessio probanda statim si quis cessâ actione agat. 2. 13. 4.

VII. Exprimenda et res quæ petitur; multis tamen casibus incerti petitio probata est. 2. 13. 5.

VIII. Nomen judicis aut judicii exprimendum. 2. 13. 6.

IX. Causa agendi libello inserenda, specialis in actionibus in personam, generalis in actionibus in rem. 2. 13. 7.

X. An et nomen actionis etiam in libello exponendum. 2. 13. 8.

62. 63. 64. — *V. suprà, Pr. gén. — Art.* 61.

65. — I. Nemo tenetur edere contra se. 2. 13. 17.

II. Edenda sunt tamen instrumenta; quæ actor reo ante litem contestatam edere debet, sive in conventione, sive in reconventione actor sit vel actione cessâ agat. 2. 13. 16.

III. Non edenda instrumenta quibus ipse usurus non est, nisi ea sint rei propria vel actori et reo communia; quales etiam rationes accepti et expensi, debiti et crediti ex libro mercatorio. 2. 13. 17.

IV. Non edit actor reo ab initio nomina testium quorum depositione usurus est. 2. 13. 17.

V. Regulariter non totum instrumentum edendum, sed tantùm ea pars quæ ad litem istam spectat; una cum capite. 2. 13. 19.

66. 67. — *V. suprà, Pr. gén.*

68. — I. Si apparitor reo absenti editionem facere nequeat, vel domesticis ipsius aut institoribus, vel nullo præsente, vicinis majorennibus denuntiari sufficit. 2. 4. n. 13 et 14.

II. Vicinis deficientibus ad ipsas ædes denuntiationem affigi consultum erit. 2. 4. 13.

III. In jus vocari possunt universitates, et negotia universitatis per syndicum agantur. 2. 4. 1. — 5. 4. n. 2, 3 et 8.

IV. Quâ formâ vocabatur in jus qui nullibi certum domicilium fovebat. 2. 4. 13.

69. — 74. — *V. suprà, Pr. gén. — Art.* 68.

TITRE III. — *Constitution d'avoué et défenses.*

Principes généraux. Questions diverses.

I. Quis olim, quis deinde, quis moribus nostris procuratorum usus sit. 3. 3. 1.

II. Multa cum advocatis habent communia procuratores; an eorum munus nobilitati præjudicet. 3. 3. 1.

III. Intervenit procurator in causis civilibus nisi judex desideret ipsius litigantis præsentiam. 3. 3. 14.

IV. An hoc casu litigans defungi possit mittendo procuratorem plenissimo mandato instructum. 3. 3. 14.

V. Qui procuratorem constituere possint; an minores; quid si minor de statu suo litigat. 3. 3. 2.

VI. An tutores, procuratores ante litem contestatam constituere possint procuratorem. Quid moribus. 3. 3. 2.

VII. An procurator, ad negotia gerenda datus, possit dare procuratorem ad lites. 3. 3. 3.

VIII. Quis possit esse procurator ad lites; an infamis, miles, mulier. 3. 3. 4.

IX. An moribus uxor sine mariti consensu constitui ab extraneo possit procuratrix ad litem expediendam, promovendam. 3. 3. 3.

X. An minor viginti quinque annis possit esse procurator ad lites; an defensor; firmatur divisio quâ procurator generalis vel *cum libera* vel simpliciter constituitur. 3. 3. 7.

XI. In quibus simplex procurator distet a procuratore in rem suam. 3. 3. 8.

XII. Constitutione procurator mandato : quomodo illud, tum jure civili tum moribus, interponatur. 3. 3. 9.

XIII. Procurator non admittendus pro actore sine mandato. 3. 3. 10.

XIV. Si admissus sit de facto an ratihabitione firmatur quæ per eum gesta expressè vel tacitè. 3. 3. 13.

XV. Conjunctæ personæ an et quando pro conjunctis agere possint sine mandato. 3. 3. 11.

XVI. Si constet de mandato, non cavendum de rato; secùs si de eo dubitetur. 3. 3. 12.

XVII. Quis ferat impensas litis, si procurator egerit pro alio sine mandato, et succubuerit. 3. 3. 13.

XVIII. Officium procuratoris est causam domini diligenter expedire, non tantùm in conventione sed et in reconventione. 3. 3. 17.

XIX. Deducit in judicium actionem mandato comprehensam, et eas quæ sunt huic accessorias. 3. 3. 18.

XX. De naturâ et effectu obligationum a procuratore contractarum. — *V. C. c., du Mandat.*

XXI. An procurator sit dominus litis vel minister, et quid moribus. 3. 3. n. 19 et 23.

XXII. Quibus in casibus procurator differat a defensore. 3. 3. 25.

XXIII. An quis possit, instrumentum quod pro se produxit reprobare, si et adversarius eo uti velit. 22. 4. 18.

XXIV. An quis instrumentum a se productum possit liti eximere invito adversario. 22. 4, 18.

XXV. Advocatum non habenti, dandus est a magistratu, qui et jure romano curabat ut utrimque esset æqua peritorum acies. Quid moribus. 5. 1. 11.

V. C. civ., du Mandat, Pr. gén., sect. I et II.

De la constitution d'avoué.

75. 76. — I. Non potest quisquam suam in judicio causam ipse curare, sed necesse est ut per procuratorem sua expediat. 3. 3. 1.

II. An in omni parte judicii mandatum datum procuratori ad lites possit revocari. 3. 3. 23.

III. De revocatione procuratoris ad lites. — *V. C. c., art.* 2003. — *Suprà, Pr. gén.*

Des défenses.

77. 78. 79. — I. An et qualia instrumenta reus actori edere teneatur; an etiam ad firmandam actoris replicationem; qui plenius scripserint de instrumentis per eos edendis. 2. 13. 18.

II. Quando editio facienda. 2. 13. 18.

80. 84.

TITRE V. — *Des audiences, de leur publicité et de leur police.*

Principes généraux. Questions diverses.

I. In omni judicio opus est litis contestatione, quæ narratione et contradictione constat. 5. 1. 147.

II. Quid est postulare. 3. 1. 1.

III. Qui possint postulare, qui non. 3. 1. n. 2 et seqq.

SECTION PREMIÈRE. — Meurtre et autres crimes capitaux, menaces d'attentats contre les personnes.

§ Ier.

Meurtre, assassinat, parricide, infanticide, empoisonnement.

Du suicide.

I. De autocheiriâ stoicis probatâ et impunitate ejus, si tentata, non peracta, exceptis paucis casibus. Præsumitur tamen ex conscientiâ sceleris latentis, si de aliâ causâ, furore, amentiâ, dolore et similibus haud appareat. 48. 21. 1.

II. Si quis ex conscientiâ sceleris sibi mortem consciverit, an, et quando bona ejus publicentur jure civili ac moribus. 48. 21. 1.

III. Improbata christianis hæc sententia stoicorum. 48. 21. 2.

IV. Quæ pœna hodie puniantur, qui sceleris conscientiâ, vel tædio vitæ, doloris impatientiâ, aut pudore, mortem sibi inferre tentârunt, sed non perfecerunt; quid si per furorem. 48. 21. 2.

V. Si absque sceleris conscientiâ mortem quis verè sibi intulerit bona non publicantur. 48. 21. 2.

VI. An tunc cadaver ignominiosè haberi debeat et ab honestâ sepulturâ arceri. 48. 21. 2.

VII. An peccet qui cadaver eduxit ex aquâ, si in ripâ reponat mortuum; quive rescendit laqueum ejus, qui se suspendit, si id quantocius denuntiet publicè. 48. 21. 2.

Meurtre, assassinat.

295. — 298. — I. De variis legibus Corneliis, et jure de sicariis ante legem Corneliam. 48. 8. 1.

II. Qui teneantur hâc lege de sicariis; an et illi, qui sine instrumento extrinsecus assumpto occidunt, veluti pugno, calcis ictu, illisione in terram, conculcatione, faucium compressione. 48. 8. 1.

III. Quomodo in dubio ex instrumento quo cædes facta, præsumatur occidendi animum adfuisse vel defuisse. 48. 8. 1.

IV. Ubi de monstris perimendis; ubi de abortu; ubi de autocheiriâ agatur. 48. 8. 1.

V. Quid si per errorem occidat Titium quem putabat Mævium, vel Titium Mævio adstantem, vel eum, qui cædis impediendæ causâ se medium interposuerat. 48. 8. 2.

VI. Teneantur et qui mortis causam præbuerunt, naufragos supprimendo, impediendo ne periclitantibus subveniatur; falsum testimonium vel indicium profitendo, ut insons neci detur, insontem ad necem condemnando. 48. 8. 3.

VII. An et qui cum posset, opem non tulit periclitanti, et ob id cæso. 48. 8. 3.

VIII. An qui hominem inclusit aut abjecit, ut fame pereat; vel alteri trucidandum præbuit; vel canem ferocem concitavit in alium. 48. 8. 3.

IX. An qui cædem mandavit, aut occidere volentem ulterius instigavit, aut cædem jam factam habuit ratam. 48. 8. 3.

X. Quid si quis vulnerari mandaverit, occidi vetuerit; et cædes secuta sit. 48. 8. 3.

XI. An legis Corneliæ pœnis subsit, qui cædem tentavit, sed non perfecit; et quid moribus. 48. 8. 4.

XII. De judicio medicorum, an vulnus lethale fuerit, necne; et an adversus illud judicium probationes contrariæ admittendæ sint. 48. 8. 4.

XIII. Punitus ut vulnerans, an adhuc ex lege Corneliâ puniri possit, si post appareat, vulnus lethale esse; an lethale, si quis quadraginta diebus supervixerit. 48. 8. 4.

XIV. Extensa pœna legis Corneliæ ad armantes familiam possessionis invadendæ causâ, seditiosos, castrantes alios, aut se castrandos præbentes. 48. 8. 5.

XV. Quid si plures dolo unum occiderint, simul onus hominis necandi causâ dejecerint, singuli lethale vulnus inflixerint. 48. 8. 7.

XVI. Quid si unus lethaliter vulneraverit, alter deindè superveniens occiderit. 48. 8. 7.

XVII. Quid si homo in rixâ occisus sit; et quid si ipse in rixâ occisus ante mortem dixerit se a Titio percussum esse. 48. 8. 7.

XVIII. Quid si plures simul in necem unius conspirantes, eumdem aggressi sint, et is uno tantùm vulnere cæsus sit. 48. 8. 7.

XIX. De propinantibus poculum amatorium, aut abortionis, aut conceptionis si inde mors secuta sit. 48. 8. 9.

XX. Quid juris in his qui spontaneo iræ impetu, ex causis levioribus concepto, occidunt. 48. 8. 9.

XXI. Quid si ad duellum provocati vel provocantes adversarium perimant. 48. 8. 6.

Du parricide.

299. — I. De parricidio olim ignoto et varia parricidii significatione. 48. 9. 1.

II. Qui secundum Marcianum ex lege Pompeia de parricidiis puniti fuerint; qui secundum Justinianum et alios. 48. 6. 1.

III. Monstratur ex ipsâ lege Pompeiâ non aliam fuisse pœnam parricidii, quam quæ erat legis Corneliæ de sicariis: culei verò pœnam, ante legem Pompeiam more majorum inductam, post legem Pompeiam iterum in usum revocatam fuisse, respectu quarumdam personarum. 48. 9. 2.

IV. Quales parentes liberique hâc lege contineantur, an et naturales, incestuosi, adoptivi. 48. 6. 3.

V. Quomodo puniantur hodie, qui parentes occiderunt. 48. 6. 4.

VI. Quomodo, qui vitricum, novercam, socerum, socrum, et vice versâ, occiderunt. 48. 6. 4.

VII. Quomodo qui conjugem. 48. 9. 4.

VIII. Quomodo puniendi administri et conscii parricidii. 48. 9. 5.

IX. Quid si simpliciter conscii fuerint, nec ope aut consilio juverint. 48. 6. 5.

X. Quando cesset in totum pœna parricidii; quando mitiganda sit 48. 6. 6.

XI. Quid si tentatum, non peractum sit crimen. 48. 6. 6.

XII. De his qui parentibus atroces injurias intulerunt. 48. 8. 7.

XIII. Qui plura scripserint de parricidio, infanticidio, mariticidio, fratricidio, et aliorum proximiorum cæde. 48. 9. 8.

De l'infanticide.

300. — I. Quomodo hodie puniantur, qui quæve liberos occiderunt. 48. 6. 4.

II. Quid si meretrix aut alia clàm partum edens, eum mortuum prodiisse dicat, nec de vitâ ejus indicia sint. 48. 6. 6.

III. Quid si tentatum non peractum sit crimen. 48. 9. 6.

IV. Qui plura scripserint de infanticidio. 48. 6. 6.

De l'empoisonnement.

301. — De venenariis, venena temerè vendentibus, cerevisiam fontes, flumina, pascua veneno inficientibus. 48. 6. 14.

II. An in his conatus æquè puniatur ac effectus. 48. 6. 14.

V. art. 295, *n.* 16.

Des peines portées contre l'homicide.

302. — I. De pœnâ homicidii ex jure antiquo et posteriore, civili, divino et hodierno; et quâ formâ olim facta fuerit in Hollandiâ ac vicinis locis persecutio hujus pœnæ. 48. 6. 6.

II. De damni privati per cædem illati reparatione; sed locum non habente, si sicarius ultimo supplicio affectus sit. 48. 8. 6.

III. De pœnâ homicidii exasperandâ; ubi de immolantibus hominem; de latronibus; de assassinis, etiam ob crimen tentatum morte puniendis; præmeditatam cædem ex insidiis inferentibus. 48. 6. 6.

IV. Ubi de mulierem a se impregnatam, infantem imbellem occidentibus; sæpius cædem facientibus; in loco sacro, curia, domo occisi, aut in nave, necantibus. 48. 8. 8.

303. — 316.

Du crime d'avortement.

317. — Quid sit crimen partûs abacti et quomodu fieri possit. 47. 11. 3.

II. Quæ sit pœna ipsius mulieris partum sibi abigentis. 47. 11. 3. Quæ illius, qui poculum abortionis dedit, sivu medices, sive alies. 47. 11. 3.

III. An liceat partum abigere, si vel matri vel partui pereundum sit. 47. 11. 3.

IV. De distinctionu partûs vitalis et necdum vitalis ex constitutione Caroli V. 47. 11. 3.

V. art. 295. n. 19.

318.

SECTION III. — Homicide, blessures et coups involontaires; crimes et délits excusables, et cas où ils ne peuvent être excusés; homicide, blessures et coups qui ne sont ni crimes ni délits.

I. De mitigandâ pœnâ legis Corneliæ et imponendâ arbitrariâ relegationis, etc.; ubi de eo qui sine dolo per culpam etiam latam occidit, de tentante violentam rerum invasionem, si eâ occasione cædes fiat. 48. 8. 8.

II. De homicidio casu facto. 48. 8. 18.

V. art. 295.

319. — 320.

§ II.

Crimes et délits excusables, et cas où ils ne peuvent être excusés.

Quid juris in his qui verbalibus aut realibus primu injuriis provocati occidunt. 48. 8. 8.

321. 322.

323. — Quandu cesset in totum pœna parricidii, quandu mitiganda sit. 48. 8. 8.

324. — De merito uxorem in adulterio deprehensam occidente. 48. 8. 9.

325. 326.

§ III.

Homicides, blessures et coups non qualifiés crimes ni délits.

327. 328. 329. — I. De homicidio casu aut jure factu; ubi et de infante aut furioso tempore furoris occidente. 48. 8. 10. — 1. 3. 3. — 9. 8. 89.

II. Deque eo qui furem nocturnum, transfugam, perduellem, nocturnum agrorum populatorem, vel etiam ex jure hudierno diurnum sata, olera, gallinas, etc., surripientem, septa dejicientem, cuniculos nocte in cullibus clocatis capientem, etc., peremit. 48. 8. 10. — 5. 1. 2. — 9. 8. 82.

III. De impunitate observantis moderamen inculpatæ tutelæ, pro tuitione vitæ vel pudicitiæ propriæ vel alienæ cujuscumque. 48. 8. 11. — 5 1. 8.

IV. De occidente pro recuperandis armis eum, qui in rixâ uni arma adimit, alteri relinquit, si inermi periculum vitæ inde imminent. 48. 8. 11.

V. An cesset allegatio inculpatæ tutelæ, si quis primo cædem negaverit. 48. 8. 11.

VI. An in dubio præsumendum moderamen inculpatæ tutelæ. 48. 8. 12.

VII. An ad probandum hoc moderamen admittendæ probationes imperfectæ. 48. 8. 18.

VIII. An ad moderamen hoc requiratur, ut primum ictum expectet, aut paribus armis se defendat. 48. 8. 18.

IX. Quid si verbali vel reali injuriâ provocans, aut armis aggrediens, a provocatu in vitæ periculum deductus, eumdem occidat, ne ipse pereat. 48. 8. 12.

X. De iis qui excesserunt moderamen inculpatæ tutelæ, coercendis; deque pretio conciliationis agnatis occisi solvendo, seu *wergeldo* Germanorum. Remiss. 48. 8. 13.

SECTION IV. — Attentats aux mœurs.

Principes généraux. Questions diverses.

I. De fornicatione cum muliere inhonestâ. An et quâ pœnâ punita in mulieribus et masculis. 48. 5. 1.

II. De libidinosis osculationibus mulieri præsertim invitæ illatis. 48. 5. 1.

III. De lenonibus ac lupanariis haud tolerandis et his qui ædes suas lenoni elocant, tum jure civili, tum moribus 48. 5. 1.

IV. Quid sit stuprum in specie, distinctum a fornicatione et adulteriu; quæ pœna ejus civili jure et hodiernu in masculis et feminis. 48. 5. 8.

V. Ex quibus causis pœna stupri exasperanda sit; ubi de tutore pupillam, magistro discipulam, commentariense incarceratam, incarceratu commentariensis famulam stuprante. 48. 5. 8.

VI. Item de eo qui necdum viri potentem aut mente captam, aut honestam dolo malo in id inebriatam, aut comite munitam abductu vel corrupto comite vitiat. 48. 5. 8.

VII. De muliere sese proprio aut alieno servu jungente; du stupro cum virgine vestali Deo devotâ, vidua intra annum luctûs, judæi cum christianâ aut vice versâ. 48. 5. 8.

VIII. De eo qui plures circa idem tempus stupravit, de humili qui honoratam. 48. 5. 8.

IX. An præmaturus cum sponsâ concubitus puniatur pœnâ stupri. 48. 5. 8.

X. De pœnâ quâ stuprator, stupratam ducere aut dotare tenetur. Quandu cessat hæc pœna, variæ quæstiones de eâ explicantur. 48. 5. n. 3 et seqq.

XI. Quid sit incestus. 48. 5. 19.

XII. Concurrere potest cum matrimonio putativu, contubernio, concubinatu, adulterio, stupro, fornicatione. 48. 5. 19.

XIII. Quis Romanis habitus fuerit incestus juris gentium, quis juris civilis. 48. 5. 19.

XIV. Quæ olim, quæ jure novu Justiniani fuerint pœnæ incestûs matrimonio commissi; et quid in femina juris civilis incestum nuptiis committente. 48. 5. 20.

XV. Quid juris si incestus per stuprum sit commissus; quid si per adulterium. 48. 5. 20.

XVI. Quæ sint pœnæ incestûs in Hollandiâ. 48. 5. 20.

XVII. De puniendis illis, qui copulant solemni more tales, qui vetitas nuptias ineunt. 48. 5. 20.

XVIII. An et quousque puniendi, qui ignorantes ac bonâ fide incestas nuptias contraxerunt; an liberi ex tali incestu bonæ fidei nati hodie parentibus legitimi censeantur. 48. 5. 20.

XIX. De differentiis inter incestûs et adulterii accusationem, et de probatione adulterii. Remiss. 48. 5. 23.

XX. De nefando concubitu contra naturam, aut cum brutis et similibus. Remiss. 48. 5. 84

330. 331. — I. De eo qui necdum viri potentem aut mente captam, aut honestam dolo malu in id inebriatam vitiat. 48. 5. 8.

II. De stupri violenti pœnâ, et meretrice per vim subactâ. 48. 5. 2.

III. Quomodu probetur stuprum violentum, an puellæ assertione. 48. 5. 2.

IV. Quandiu duret criminalis et civilis persecutiu stupri violenti. 48. 5. 8.

332. 333. — De pœnis dominorum ancillas, propinquorum propinquas, nutricum puellas suæ curæ commissas, prostituentium. 48. 5. 1.

334. 335.

De l'adultère.

336. 337. 338. 339. — I. Quid sit adulterium propriè dictum; an et committatur cum uxore alterius *injusta* et quæ sit illa; an et cum uxore libertinæ conditionis. 48. 5. 7.

II. De fœditate hujus criminis, et in quo consistat in jure civili. 48. 5. 7.

III. An jure civili fuerit adulterium ligati cum solutâ, quid moribus. 48. 5. 17.

IV. An adulterium jure civili cum ancillis contubernio junctis, et quæ pœna corrumpentis ancillas. 48. 5. 8.

V. An servus adulterii accusari ob violatum contubernem. 48. 5. 8.

VI. An adulterium cum femina vili et abjectâ, vel cum eâ, quæ passim formam venalem habet, tum jure civili, tum moribus. 48. 5. 8.

VII. An adulter sit, qui se jungit mulieri, quam putat vacantem esse, cum verè nupta esset. 48. 5. 8.

VIII. An sit adulterium cum alienâ concubinâ, an cum alterius sponsâ. 48. 5. 8.

IX. An non saltem hoc facinus sit severius vindicandum. 48. 5. 8.

X. De pœnâ adulterii ex jure antiquo romano et moribus aliarum gentium. 48. 5. 10.

XI. De pœnâ ex lege Juliâ Augusti, de pœna capitis, et an inducta ante Constantinum. 48. 5. 10.

XII. De pœnâ capitis mitigatâ per Justinianum in feminis; deque narium abscissione. 48. 5. 10.

XIII. De pœnis adulterii simplicis et qualificati ex legibus Hollandiæ. 48. 5. 10.

XIV. Conjux insons lucratur dotem, aut propter nuptias donationem, et alia quædam. Quid moribus obtineat hâc in parte. 48. 5. 11.

XV. Pater filiamfamilias, non emancipatam; primi gradûs non neptem; in ipsâ turpitudine deprehensam; in domo suâ vel generi sui non alibi; non gravidam; unâ cum adultero, non alterum tantùm, occidere potuit. 48. 5. 12.

XVI. An maritus olim et jure posteriore, ac moribus hodiernis possit adulterum, aut uxorem, in adulterio deprehensos, occidere. 48. 5. 16.

XVII. An et pater filiam, aut adulterum ejus, jure hodierno. 48. 5. 13.

XVIII. Pater aut maritus, si lege permittente possint occidere filiam aut adulterum, etiam potuerunt occidere in casibus, quibus non poterant eos adulterii accusare. 48. 5. 14.

XIX. Habentes jus occidendi an et habuerint jus contumeliis afficiendi et castrandi. 48. 5. 14.

XX. An si pater, aut maritus, non habens jus occidendi, occiderit tamen adulterum vel adulteram, ordinariâ legis Corneliæ pœna patiendus sit. 48. 5. 15.

XXI. Cessant omnes pœnæ adulterii morte adulteri vel adulteræ ante condemnationem, aut pendente appellatione. An et respectu dotis et similium. 48. 5. 16.

XXII. An et si conjux insons nocenti crimen remiserit; vel mortuus sit, non motâ lite de lucro dotis ob adulterium. 48. 5. 16.

XXIII. Cessant et si per errorem justissimum adulterium commissum sit. 48. 5. 16.

XXIV. An et quando si mulier conjugem absentem mortuum credens alteri nupserit; ubi et alia. Remiss. 48. 5. 16.

XXV. Cessant et si mulier vim passa sit. 48. 5. 16.

XXVI. Mitiganda adulterii pœna, si quis illud tentaverit, non perfecerit, et quando perfecisse videatur. 48. 5. 17.

XXVII. Ut et si corruperit eam quam nuptam putabat, cum innuptam esset; vel innuptam credebat quæ nupta erat. 48. 5. 17.

XXVIII. An mitiganda pœna, si adultera allegat, denegatum sibi fuisse debitum conjugale, vel maritum jam ante adulterum fuisse, vel evitandi mali majoris gratia adulterium fuisse commissum. 48. 5. 17.

XXIX. Exasperanda adulterii pœna, si quis simulans dolo se maritum aut uxorem, ignoranti et decepto, vel deceptæ sese miscuerit. 48. 5. 16.

XXX. Quid si vilis illustrem matremfamilias, vasallus uxorem domini, dominus uxorem vasalli violaverit. 48. 5. 18.

XXXI. Quid si cum adulterio concurrat incestus; an concurrente incestu juris gentium par adulteræ ac adultero pœna irroganda sit. 48. 5. 18.

XXXII. Uxor maritum criminaliter adulterii accusare non potuit, nec minor masculus, nisi de suo matrimonio violato; nec omnes promiscuè sed paucæ tantùm personæ conjunctæ. 48. 5. 21.

XXXIII. Quando maritus potuerit uxorem adulterii accusare, quando non, jure veteri ac novo. 48. 5. 21.

XXXIV. Quando pater vel extraneus ante maritum potuerit accusare adulterum aut adulteram, stante vel soluto matrimonio. 48. 5. 21.

XXXV. Et quando maritus intelligatur lenocinium uxoris exercuisse, et quomodo ob id puniendus. 48. 5. 21.

XXXVI. Qui moribus accusent adulterium. 48. 5. 21.

XXXVII. Quamdiu duret accusatio adulterii ex jure civili et hodierno. 48. 5. 22.

XXXVIII. Ubi de quinquennio, et quando præscriptioni duorum aut sex mensium in adulterio locus sit. 48. 5. 22.

XXXIX. Quinquennii præscriptio etiam obtinet in lenocinii reis; qui illi sint. 48. 5. 22.

XL. Non tamen si adulterium cum incestu aut vi conjunctum sit. 48. 5. 22.

V. C. c., art. 2046, *n.* 7.

340. — Poligamiæ quæ pœnæ sint. 23. 2. 1.

═

SECTION II. — ARRESTATIONS ILLÉGALES ET SÉQUESTRATIONS DE PERSONNES.

341. 342.

343. 344. — De prohibitis privatis carceribus et pœnis eorum tum jure civili, tum moribus. 48. 3. 7.

═

SECTION II. — CRIMES ET DÉLITS TENDANT A EMPÊCHER OU DÉTRUIRE LA PREUVE DE L'ÉTAT CIVIL D'UN ENFANT OU A COMPROMETTRE SON EXISTENCE; ENLÈVEMENT DE MINEURS; INFRACTION AUX LOIS SUR LES INHUMATIONS.

—

§ Ier.

Crimes et délits envers l'enfant.

345. — 353.

—

§ II.

Enlèvement de mineurs.

I. Quid sit crimen raptûs, et in quas committatur. 48. 6. 4.

II. An et in sponsam propriam jure civili. 48. 6. 4.

III. An et a feminâ in virum. 48. 6. 4.

IV. An et quomodo in volentem raptus fiat jure civili. 48. 6. 4.

V. Quæ sit pœna raptûs in raptore, comitibus, consciis, et cui cedant bona raptoris. 48. 6. 5.

VI. A quibus raptor in ipso flagitio occidi possit. 48. 6. 5.

VII. An gaudeat fori privilegio, et an condemnatus appellare possit. 48. 6. 5.

VIII. An nuptiæ cum raptâ consistere. 48. 6. 5.

IX. Quid si parentes dolorem remiserint. 48. 6. 5.

X. An et moribus pœnæ juris civilis obtineant. 48. 6. 5.

XI. Exasperanda pœna, si cum raptu concurrat adulterium. 48. 6. 6.

XII. Mitiganda, si quis meretricem rapuerit, nisi illa vitam emendaverit. 48. 6. 6.

XIII. Quid si rapuerit eam, quam prius volentem stupravit. 48. 6. 6.

XIV. Quid juris hodie, si quis propriam sponsam rapuerit. 48. 6. 6.

XV. Quid si volentem rapuerit atque invitantem puellam minorennem aut majorennem aut nuptam. 48. 6. 6.

XVI. An mitiganda pœna, si postea inter raptorem et raptam nuptiæ secutæ sint, ex juris canonici permissione. 48. 6. 6.

XVII. Mitiganda est pœna, si quis rapuerit, sed non corruperit pudicitiam ejus. 48. 6. 6.

XVIII. De pœnâ ex novella Leonis. 48. 6. 6.

354. — 357.

—

§ III.

Infraction aux lois sur les inhumations.

Principes généraux.

I. De sepulcro violato, de atrocitate ejus criminis. 47. 12. 1.

II. De actione sepulcri violati, vel inhabitati; quibus competat; quid si plures sint, ad quos sepulcrum spectat. 47. 12. 1.

III. An pœnitere possit is cujus interest, si prius agere noluerit; filius hoc agens judicio an pro herede se gerat. 47. 12. 1.

IV. Quibus aliis judiciis privatis et publicis, hic locus sit. 47. 12. 2.

V. De impedientibus funus defuncti prætextu debiti, et de signantibus res moribundi debitoris; aut ante nonum a morte diem heredes ejus interpellantibus. 47. 12. 4.

VI. Et quid hodie in hisce obtineat, maximè si sit metus expilationis. 47. 12. 4.

VII. An et cadaver detineri possit pro debito civili, donec cautum fuerit, aut solutum. 47. 12. 4.

358. 359.

360. — I. De extrahentibus ossa vel cadavera, et spoliantibus cadavera armatâ manu, vel sine armis. 47. 12. 3.

II. De interdictâ cadaverum sepulturâ in urbibus, permissâ a Justiniano, in monasteriis, tandem etiam a Leone in urbibus. 47. 12. 2.

III. Quando cessent pœnæ violati sepulcri, aut minuantur. 47. 12. 3.

IV. Quid juris in scholaribus anatomæ causâ cadaver extrahentibus. 47. 12. 3.

V. Nunc arbitrariæ sunt pœnæ violantium sepulcra. 47. 12. 3.

§ II.

Calomnies, injures, révélation de secrets.

Principes généraux.

Des injures.

I. Quid sit injuria, qui eam inferre possint. An bruta, impuberes, furiosi, dormientes, ebrii et ebriosi. 47. 10. 1.

II. An ebrii peccantes dolo careant, et an ac quousque ebrietas aut iracundia in injuriis verbalibus excuset. 47. 10. 1.

III. An et quando injuriam committant et injuriarum teneantur magistratus, judices, in subjectos ac litigantes, præceptores in discipulos, apparitores executionem facientes, creditores bona debitorum occupantes, ut quasi debitorum qui non sunt. 47. 10. 2.

IV. An et maritus post divortium petens ventris inspectionem, verberibus aut alia atrocitate, maritali abutens potestate, patronus aut parens, libertos aut liberos crudeliterque coercentes. 47. 10. 2.

V. An et magister navis in socium nauticum et ubi tunc conveniendus sit. 47. 10. 2.

VI. An teneatur qui injuriam inferre jussit, mandavit, suasit, procuravit. An et qui alieno jussu fecit. Quid si jussu patris aut domini. 47. 10. 3.

VII. An maritus nomine conveniri possit ea injuriâ quam uxor ejus tertio intulit. 47. 10. 3.

VIII. Qui pati possint injuriam; an volentes; an infantes, furiosi, an servi. 47. 10. 4.

IX. Quid juris, si quis servis propriis vel alienis injuriam intulerit. 47. 10. 4.

X. An ob verbales aut reales injurias homini levissimo et moribus indigno illatas detur actio injuriarum. 47. 10. 4.

XI. An et quomodo defunctis inferri possit injuria verbalis aut realis. 47. 10. 5.

XII. An et quomodo tunc hæredibus injuriarum actio detur. 47. 10. 5.

XIII. An et filius, si illi patris, post obitum injuriâ affecti, repudient hæreditatem. 47. 10. 5.

XIV. An domini, possessores bonæ fidei, fructuarii, injuriam patiantur per servos læsos. 47. 10. 6.

XV. An et hodierni domini ex injuriâ famulis ancillisve factâ. 47. 10. 6.

XVI. An patres per filios in potestate. 47. 10. 6.

XVII. An et per emancipatos. 47. 10. 6.

XVIII. An maritus vel sponsus per uxorem aut sponsam. 47. 10. 6.

XIX. An et quando uxor, sponsa, vidua, per injuriam marito viventi vel defuncto factam. 47. 10. 6.

XX. An magistratus aut judex per apparitores, dominus per vasallos, princeps per legatos a se missos. 47. 10. 6.

XXI. An abbas aut monasterium per unum ex monachis, cognatio vel familia per unum de familiâ vel cognatione. 47. 10. 6.

XXII. Quid si injuriam inferens his, ignoret esse filiumfamilias uxorem, etc. Quid si id sciat, sed ignoret cujus sit. 47. 10. 6.

XXIII. Quid si putet esse filiumfamilias Titii, cum esset Mævii; quid si Titio injuriam inferat, putans eum esse Mævium. 47. 10. 6.

XXIV. Re, verbis, litteris et consensu injuria infertur. 47. 10. 7.

XXV. Recensentur multi modi quibus injuria re infertur; ubi et de eo qui non pulsatus, sed elevata manu sæpius, territus; cujus mens medicamentis aut vino turbata. 47. 10. 7.

XXVI. Quivis quæstiones, occupationem bonorum, signationem domûs, arrestationem et similia insons, et sine causâ passus est; reprobatur ut fidejussor idoneus; interpellatur judicio paratus solvere; res suas vendere, vel iis aut jure publico uti prohibetur. 47. 10. 7.

XXVII. Item de iis qui eventum sententiæ venduut, quasi judicem corrupturi; proclamationibus nuptiarum intercedunt; ancillas alienas constuprant. 47. 10. 7.

XXVIII. Item de iis qui pudicitiam virginis attentant; comitem eis abducunt; eas adsectantur; ad invidiam alterius ad imagines principum confugiunt, barbam demittunt, veste lugubri utuntur, etc. Picturis, repræsentationes in scena, gesticulationibus alios ludibrio habent. 47. 10. 7.

XXIX. Quomodo verbis injuria fiat; ubi de his qui cantant, prælegunt, quod alterius pudorem lædit. 47. 10. 8.

XXX. De eo qui obscenis verbis apud honestos honestasve utitur; concubitum cum puellâ jactat. 47. 10. 8.

XXXI. Convicium homini certo (non incerto) præsenti vel absenti, directe vel per indirectum facit. 47. 10. 8.

XXXII. Quid si exprobret vitia corporis aut animi quæ naturâ probrum non habent. 47. 10. 8.

XXXIII. An excuset conviciatorem præfatio honoris. An et quando convicii veritas. 47. 10. 9.

XXXIV. Quid si in casibus quibus veritas convicii excusat, probatio fiat sed non plena. 47. 10. 9.

XXXV. Quid si doceatur de fama publica. Quid si nominetur auctor convicii. 47. 10. 9.

XXXVI. Quomodo litteris injuria fiat; ubi præcipuè de libello famoso, carmine, historiâ, comœdiâ, compositis, editis, vulgatis. 47. 10. 10.

XXXVII. An et famosus libellus si auctor nomen proprium suum ei addiderit. 47. 10. 10.

XXXVIII. An sit famosus libellus, si in vago tantùm conceptus sit, nec certa persona designata. 47. 10. 10.

XXXIX. Quomodo consensu injuria fiat. 47. 10. 11.

XL. Quomodo prospici possit ei, qui injurias ab alio metuit. 47. 10. 12.

XLI. An is qui sub pœnâ promisit se Titio injuriam non illaturum ad pœnam teneatur, si eam intulerit uxori Titii. 47. 10. 12.

XLII. Qui dicit, injuriam sibi factam esse, id probare debet; an et dies ac locus probari debeant. An probari possit per jurisjurandi delationem. 47. 10. 12.

XLIII. Quæ injuriarum pœna fuerit ex lege 12 Tabul.: de prætoriâ actione injuriarum ad injuriæ æstimationem. Ad quod tempus æstimatio referenda sit. 47. 10. 13.

XLIV. Ex quibus circumstantiis crescat vel minuatur æstimatio injuriæ. An etiam ex habitu et vestitu ejus qui injuriam passus est. 47. 10. 13.

XLV. Ex uno facto pluribus injuria fieri potest, ut singulorum nomine ac actione prætoriâ agi, ad diversas æstimationes injuriæ, nec una alteram tollit. 47. 10. 13.

XLVI. De actione injuriarum civili ex lege Corneliâ; ob quam injuriam, quibus, aut ob quid detur. 47. 10. 14.

XLVII. De criminali persecutione extraordinariâ injuriæ, et quibus pœnis tunc rei sic coercendi sint, jure civili ac moribus. 47. 10. 15.

XLVIII. De criminali publico injuriarum judicio contra eos qui ministris sacrorum aut sacris ipsis injuriam intulerunt, aut libellos famosos composuerunt, ediderunt; et de pœnâ eorum ex jure civili ac hodierno. 47. 10. 16.

XLIX. De actione ad palinodiam, moribus receptâ. An sit civilis, an criminalis; an infamet condemnatio ad recantationem, aut ipsa recantatio locum habet in injuriis verbalibus. An in iis quæ scripto publico vel privato illatæ, et quomodo tunc recantandum sit. 47. 10. 17.

L. In realibus deprecationi locus, non recantationi. Uti et in verbalibus, si exprobata plenè aut ferè planè probari possint. 47. 10. 17.

LI. An hodie propter injurias verbales aut reales læsus cumulare uno libello actionem ad *amendam honorabilem et profitabilem*. 47. 10. 17.

LII. An vili et abjecto homini etiam competat actio æquè ad amendam honorabilem ac profitabilem. 47. 10. 17.

LIII. An actio ad palinodiam evanescat morte ejus qui verbalem injuriam passus est; an perpetua sit. 47. 10. 17.

LIV. An in realibus injuriis perpetua sit actio ad deprecationem et amendam profitabilem. 47. 10. 17.

LV. Quibus remediis absens vel præsens cogatur ad amendam honorabilem. 47. 10. 17.

LVI. Privatus apud nos de injuriis tantùm ad amendam honorabilem et profitabilem agit; ut ex lege Aquilia ad indemnitatem; criminaliter agunt tantùm publici accusatores; quomodo hi se jungant privatis injuriarum agentibus; an tunc reus per procuratorem se possit tueri. 47. 10. 18.

LVII. Cessat injuriarum actio, si quis eam

ab initio ad animum non revocaverit; an dissimulasse videatur, si ad injurias illatas siluerit. 47. 10. 19.

LVIII. Cessat, si ex parte ejus qui læsit, desit injurandi propositum. Unde id colligatur; ubi de verbis per se injuriosis, et aliis ambiguis, de illis qui artis intuitu interrogati, respondent per errorem, aut secundum erroneas artis suæ regulas 47. 10. 20.

LIX. Quid de magistratibus, præceptoribus objurgantibus; oratoribus vitia perstringentibus; honorem alteri decernere impedientibus; munus onerosum imponentibus; per jocum aut per errorem quid admittentibus; sui defendendi causâ quid objicientibus, injurias retorquentibus vel retorsionis modum excedentibus; testi contra se producto quid objicientibus. Et quid si non possint plenè probare objecta. 47. 10. 20.

LX. Item de agentibus aut excipientibus de spolio; defectum legitimorum natalium aut nobilitatis allegantibus, ut impediant dignitatem a solis nobilibus obtinendam. 47. 10. 20.

LXI. Prætoria injuriarum actio anno perit; unde annus incipiat currere. 47. 10. 21.

LXII. Mulier de stupro violento sibi illato non nisi intra sex septimanas in quibusdam locis agere potest. 47. 10. 21.

LXIII. De duratione actionis injuriarum ex lege Corneliâ. 47. 10. 21.

LXIV. De duratione judicii criminalis de injuriis; de duratione actionis ad amendam honorabilem et profitabilem 47. 10. 21.

LXV. Morte injuriam inferentis aut patientis cessat injuriarum actio. 47. 10. 22.

LXVI. Si ante mortem rei sit facta litis contestatio, quo respectu adhuc duret injuriæ persecutio. 47. 10. 22.

LXVII. Pro litis contestatione est, si reus ter citatus defuerit, ac postea moriatur. 47. 10. 22.

LXVIII. Cessat etiam satisfactione, pacto, transactione, jurejurando, revocatione injuriarum verbalium ante litem contestatam, remissione. Quomodo tacitè fiat remissio. An et usu sacræ cœnæ. 47. 10. 23.

LXIX. An per remissionem injuriæ a læso factam cesset hodie publica criminalis persecutio per prætorem aut fisci patronum movenda. 47. 10. 23.

LXX. An remissio per unum facta noceat aliis qui ex eodem facto injuriam passi sunt; an patris remissio noceat filio, aut vice versâ. 47. 10. 23.

LXXI. Judicio civili injuriarum tollebatur ex jure civili criminale, et vice versâ 47. 10. 24.

LXXII. Prætor tamen aliquando injungebat ut criminaliter ageretur. 47. 10. 24.

LXXIII. Moribus utrumque concurrere potest; uti et ad indemnitatem actio; quæ non perimitur transactione super injuriis factâ. 47. 10. 24.

361. — 378.

CHAPITRE II. — *Crimes et délits contre les propriétés.*

De crimine stellionatûs. 47. 20. n. 1 et seqq. — *V. suprà, chap. I, Pr. gén., n. 1 et seqq.*

Principes généraux. Questions diverses.

I. Si fur partem vel res quasdam ex pluribus uno armario, apothecâ, nave contentis surripiat, an etiam reliquarum rerum inclusarum fur sit 47. 2. 11.

II. Si furti agat qui dominus non est, an duplum vel quadruplum rei, an ejus quod interest consequatur. 47. 2. 12.

III. Quibus detur actio furti; an illis, quorum interest ex turpi causâ; ut furibus furtum rursus passis, et similibus; an et quorum tantum interest ob lucrum cessans, ut, pro hærede vel donato, possidenti 47. 2. 12.

IV. An bonæ fidei emptori, fructuario; creditori ob pignus surreptum; fulloni; conductori, cui res locatæ ereptæ, vel etiam fructus prædii locati adhuc pendentes. 47. 2. 13.

V. Quid juris in commodatario furtum passo, aut depositario 47. 2. 13.

VI. An tutori aut prætori, cujus culpâ res pupillaris per furtum ablata est. An ei cui res erat debita, sed necdum tradita. 47. 2. 13.

VII. An creditori vel fidejussori ejus qui furtum passus et inde pauperior factus. 47. 2. 13.

VIII. Contra quos detur furti actio; an si plures simul furtum fecerint, contra singulos in solidum. 47. 2. 14.

IX. An contra mercenarium, libertum, domesticum, ob filias furtum; an in hæredes. 47. 2. 14.

X. Quid si tutor res pupilli subduxerit, ac moriatur durante tutelâ; an et hæredibus. 47. 2. 14.

XI. Furti etiam criminaliter agi potuit, at frequentius actum jure civili posteriore per eos qui furtum passi, ad pœnam extraordinariam; non tamen ad mortem aut membri amputationem ob simplex furtum. 47. 2. 15.

XII. Moribus nostris furtum passus nullam habet pœnalem furti actionem in duplum aut quadruplum, sed tantùm in id quod interest, contra furem et furis hæredem in solidum. 47. 2. 15.

XIII. Criminaliter de furto nunc accusant tantùm publicæ personæ, etiam ob furta leviora, nisi sint leviora domestica; non tamen criminaliter nunc accusantur commodatarii, depositarii, et similes abutentes re commodatâ, etc. Quomodo inquiri possit in furtivas res. Remiss. 47. 2. 15.

XIV. Si de furto facto constet, at non de quantitate rerum subductarum, aut æstimatione earum, an et quando standum sit jurijurando ejus, qui furtum passus est; quando non. 47. 2. 17.

XV. An moto criminali judicio furti, dominus furtum passus, aut alius, cujus interest, possit rem repetere, aut id quod interest; et an æquum sit res furtivas fisco cedere. 47. 2. 20.

XVI. De rapinâ quæ est species furti improbioris et actione de vi bonorum raptorum. Quid si quis putans rem suam esse rapuerit. 47. 8. n. 1 et seqq.

XVII. Quâ actione teneantur, qui ex incendio, ruinâ, naufragio, nave, rate, expugnata rapiunt, et qui id censeantur facere, qui non; et quid si rapiatur tempore inundationis aut villæ expugnatæ. 47. 9. 1.

XVIII. De abigeis. An abigei furti teneantur, materia tractatur. 47. 14. n. 1 et seqq.

XIX. Species furti est, si quis sciens alienum tignum jungat ædibus aut vineis hinc furti occasione de tigno juncto agitur. 47. 3. n. 1 et seqq.

XX. De directariis vel detectariis, sectoribus zonariis, aperturariis. 47. 11. 4.

XXI. Furtum non est rerum jacentis hæreditatis. sed eo nomine judicium expilatæ hæreditatis datur; de actione expilatæ hæreditatis. 47. 2. 3. — 19. n. 1 et seqq.

XXII. De pœnâ invenientium res alienas et non restituentium. 47. 2. 17.

Définition du vol.

379. — I. Quid sit furtum; cur dicatur naturali jure prohibitum. 47. 2. 1.

II. Qui furtum committant; an et pupilli. 47. 2. 2.

III. An creditor debitori surripiens rem sibi debitam. 47. 2. 2.

IV. In quibus rebus furtum fiat; an in immobilibus; an in rebus nullius; an in homine libero. 47. 2. 3.

V. An et quando et quo respectu in rebus hæreditatis jacentis. 47. 2. 3.

VI. An quis furtum faciat in re propriâ, si alius in eâ jus aliquod habeat. 47. 2. 4.

VII. An et in rebus communibus. 47. 2. 4.

VIII. De furto usûs et possessionis. 47. 2. 5.

IX. Contrectatio requiritur ad furtum. Quomodo per naturalem contrectationem furtum fiat 47. 2. 6.

X. Quid de his qui tabulas surripiunt aut delent; indebitum scientes accipiunt, aut alteri solvendum delegant; depositum recipiunt, vel æs alienum exigunt mentientes procurationem. 47. 2. 6.

XI. De his qui rem mobilem a non domino emunt; falsa pondera vel mensuras adhibent, servum fugitivum celant. 47. 2. 6.

XII. An et qui nudam habuerunt furandi voluntatem; furem non indicant, fugitivo iter monstrant, furtum minantur; conclave ingressi sunt furandi causâ; depositum inficiantur, vel incipiunt suo nomine possidere. 47. 2. 6.

XIII. Quibus modis ope, consilio furtum fiat; an solâ ope vel solo consilio, licet opem ferens, aut consilium dans, nihil ipse contrectaverit. 47. 2. 7.

XIV. An furti teneatur qui ope vel consilio

juvit tales, qui actione furti nequeunt conveniri. 47. 2. 7.

XV. Non fit furtum si desit animus lucrandi 47. 2. 7.

XVI. An ergo in casu extremæ necessitatis. 47. 2. 8.

XVII. An si quis furetur ut alteri donet vel concedat alteri usum rei sibi commodatæ. 47. 2 9.

380. — I. An filiusfamilias furtum committat patri suo vel pater suo filiofamilias; ut an ne qualis propter furtum actio inter eos esse possit 47. 2 2.

II. An furti teneatur qui opem vel consilium tulit servo vel filiofamilias, vel uxori patris et domino vel marito suo furtum facienti. 47. 2. 7.

Des différentes espèces de vols; de leur répression.

381. 382. — I. Furtorum variæ sunt species enumeratæ. 47. 2. 9.

II. Aliud diurnum et aliud nocturnum, aliud simplex, aliud qualificatum vulgo dictum. 47. 2. 9.

III Præcipuè aliud manifestum, aliud nec manifestum; quæ concurrere debeant ut furtum possit dici manifestum; et quid si quis videat furtum fieri ac taceat 47. 2. 9.

IV. Quid juris si deprehendatur cum re furtivâ, qui furtum non fecit sed rem surreptam perferendam recepit. 47. 2 9.

V. De pœnâ furti manifesti et nec manifesti ex lege 12 Tab. et jure posteriore. 47. 2. 10.

VI. De furto oblato, concepto, prohibito, non exhibito, et de modo investigandi furtum per lancem et licium. 47. 2. 10.

VII. Quid duplicandum vel quadruplicandum sit; ubi de re quæ apud furem interim crevit, vel melior facta, vel depretiata fuit, et an ex continuatâ contrectatione multiplex nascatur furti actio. 47. 2. 10.

VIII. Quid de veste servi surrepti, vel sacco, quo contenta erat pecunia. 47. 2. 18.

IX. De pœnis publicis furti recentioribus ex constitutione Frederici et Caroli V. Recensentur ex Carpzovio potissimum plerique modi, quibus furtum fit, et variantes furtorum circumstantiæ, ex quibus pœnæ exasperari vel mitigari solent. Remiss 47. 2. 17.

X. Quousque qualitas delinquentium personarum mitigari faciat pœnam furti, et quomodo puniendi sint impuberes, minores, domestici, nobiles, furiosi et feminæ. 47. 2. 17.

XI. Quales aliæ circumstantiæ ad pœnam furti mitigandam aut exasperandam sufficientes sint. 47. 2. 17.

XII. An non minus dura sit ultimi supplicii pœna, ob simplex furtum tertio repetitum; an ob unum furtum simplex, sed admodum grave, pœna mortis imponi possit. 47. 2. 18.

XIII. An triplex furtum, si tres aut plures distinctas res fur simul abstulerit, aut ter quaterve ierit redieritque, ut auferret quod unâ vice portare non potuit. 47. 2. 18.

XIV. An ob tertium furtum suspendi, qui propter primum aut secundum punitus non fuit; et quid si pœna furti prioris ei fuerit remissa. 47. 2. 18.

XV. An sufficiat ad pœnam mortis triplex furtum, si illud in diversis territoriis sit commissum. 47. 2. 18.

XVI. Quomodo in Hollandiâ, Zelandiâ, Ultrajecti furtum simplex puniri debeat. 47. 2. 18.

383. — I. De his qui cursores publicos, seu postas spoliant. 48. 6. 3.

II. De pœnis expilatorum, et in viis publicis alibique pecunias aut bona vi extorquentium, tum jure romano tum moribus. 47. 18. 2.

384. — I. De pœnâ furti cum effractione commissi. 47. 2. 17.

II. De pœnis effringentium horrea, etc., furandi causâ ex jure civili et hodierno. 47 18. 1.

385.

386. — I. Domestica furta graviora nunc durius coercentur quam alia. 47. 2. 19.

II Furti adversus nautas, caupones, stabularios. 47. 5.

III De furibus balneariis. 47. 17.

387.

388. — De pœnis eorum qui animalia feras ex vivariis aut pisces in piscinas conjectos furtò subducunt. 47. 2. 17.

389. — 412.

413. — De crimine Dardanariorum. 47. 11. 4

414. — 418.

419. — De lege Juliâ de annonâ. 48. 12.

420. — 433.

═

SECTION III. — DESTRUCTIONS, DÉGRADATIONS, DOMMAGES.

Principes généraux.

I De pœnis eorum qui incendia dolo vel culpâ excitârunt. 47. 9. 5.

II. De incendii per sceleratos in Brabantiâ excitati damno communiter ferendo per universitatem, in cujus territorio id contigit. 47. 9. 5.

III. De criminali persecutione contra eos qui naufragos suppresserint, naufragia procuraverint, luminibus de nocte accensis ad fallendos navigantes; et quid moribus circa hos omnes. 47. 9. 2.

IV. De effringentibus sine animo furandi. 47. 18. 1.

434. — 436.

437. — De aggerum nili perruptoribus. Quibus pœnis hodie puniantur, qui aggeres perfodiunt sive marinos publicos, sive privatos pauciorum possessorum. 47. 11 6.

438. 439.

440. — I. De damno in turbâ dato, et in quo differat turba a coactione et rixâ; ac quomodo turba concitetur. 47 8. 3.

II. Quomodo moribus nostris, propter hæc omnia, civiliter vel criminaliter agi possit. 47. 8. 4.

441. — 444.

445. 446. 447. 448. — I. De arboribus furtim cæsis. 47. 7. 1.

II. Quid hic sit arbor, quid cædere, cingere, secare; quid furtim. 47. 7. 1.

III. Quid sit actio arborum furtim cæsarum, et ad quid tendat; quibus competat, et contra quos. 47. 7. 2.

IV. Quid si plures ceciderint, vel plurium arbor cæsa sit. 47. 7. 2.

V. Quid juris, si sciente domino arbor cæsa sit; quid si radicitus, evulsa. 47. 4 2

VI. Quid si jure sit cæsa, at quando id fiat. 47. 7. 3.

VII. An rescindere liceat radices vicinæ arboris in nostram terram immissas. 47. 7. 4.

VIII. Quales actiones concurrere possint cum hâc actione; et an una alteram consumat. 47. 7. 4.

IX. De criminali arborum furtim cæsarum judicia ex jure civili et hodierno. 47. 7. 5.

449. — 455.

456. — I. De terminis agrorum et sanctitate eorum apud veteres. 47. 21. 1

II. Quibus pœnis jure civili puniti fuerint, qui terminos movissent, exarassent, etc. 47. 2. 17.

III. Et quid si lapides furto subduxerint, ignorantes, his terminos distinctos esse; quæ pœnæ moribus obtineant. 47. 21. n. 1 et 2.

457. — 462.

463. — *V. liv. I, des Peines en matière criminelle, correctionnelle, et de leurs effets, Pr. gén.*

═

LIVRE IV.

CONTRAVENTIONS DE POLICE ET PEINES.

V. liv. I, des Peines en matière criminelle et correctionnelle, et de leurs effets, Pr. gén. et art. suiv.

464. — 474.

475. — I. Injuriam realem facit qui fimo corrupto aliquem perfundit, cœno, luto oblinit, aquas alicujus conspurcat. 47. 11. 2.

476. — 484.

FIN.

A ceux qui n'ont pas une connaissance étendue et fraîche encore des principes du Droit romain, cette Table n'offre pas le seul avantage de l'indication des passages dans lesquels Voet traite les matières qui se rapportent au Droit moderne. Cette indication est encore précieuse pour les recherches à faire dans les autres Commentateurs qui ont suivi l'ordre des Pandectes. Les questions traitées dans Voet, sous un livre et un titre du Digeste, seront traitées *presque toujours* sous le même livre et le même titre dans les Pandectes de Pothier, dans Huberus, Zoezius, etc. Ainsi le renvoi fixe et certain pour Voet est une indication générale seulement pour les autres auteurs.